Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Francesco Ercolani

Francisci Herculani Per Usini Iurecons. Et Equitis Laureati De Attentatis appellatione pendente Tractatus : Cum Indice Capitum & rerum

Editio secunda In Germania prima, Coloniae Agrippinae: Kalcovius, 1649

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786446935

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

~~34. XII. 24.~~

J. R.
30. d. 12.

Ep. p. — 499. Ind
Ep. Pr. p. — 350. Ind

~~Je 3414 1.2.~~
Jh - 3011 1.2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn786446935/phys_0002
DFG

Ex Testamento Scheffeliano.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786446935/phys_0003
DFG

FRANCISCI HERCVLANI PERVSINI

IVRECONS.

ET EQVITIS LAVREATI,

De Attentatis appellatione pendente

TRACTATVS

Cum Indice Capitum & rerum

Editio secunda

In Germania prima

COLONIÆ AGRIPPINÆ

Apud JODOCVM KALCOVIVM.

M. DC. IL.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786446935/phys_0005
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn786446935/phys_0006
DFG

Admodum
REVERENDIS
Nobilibus & Ampliſſimis Dominis D.

PETRO & ADRIANO DE WALENBVRG

FRATRIBVS GERMANIS,
VIRIS CLARISSIMIS S.S. THEOLOGIÆ ET IVRIS VTRIUSQUE RESPECTIVE Licentiatis; Metropolitanæ Colonienſis Eccleſiæ Canonico presbitero Capitulari, & Archidiaconalis Curiæ Officiali, D. D. meis Obſeruandiſſimis.

QVIDAM Finis omnibus hominibus, ſive in priuatis ſiue in publicis ij verſentur, videtur præſtitutus; virtute & vnuſquiſque ſuâ, ſecundâ fortunâ conſe-

cutâ, quam felicitatem vocant, optimè frui possit. Felicitatis vero partes, Virtutes putantur, Nobilitas, Scientia, Corporis bona, divitiæ, gloria, honor. Gloria quidem dicitur, cum virtute præditus quisquam existimatur, vel id habere, quod omnes, vel plures, vel probi expetunt. Honor vero præmium virtutis. Ex his imprimis atque aliis mihi de Felicitate Vestra facillimè conijcere licet. Etenim quæ sit Prudentia Vestra in rebus agendis, Iustitia in tribuendo Vnicuique quod suum est, Fortitudo in adversis quæ ferenda, Temperantia adversus appetitus minus rationales, Nobilitas Generis, indefessus studiorum labor, Scientia, & variarum linguarum notitia, Libri autem & Scripta pro Catholicâ Ecclesiâ, & verâ nostrâ fide suscepta, Vniversæ iam ferè Europæ innotuerunt. Et illius iudicio Vestri Nominis authoritas,

tas, fama & gloria demonstratur. Penes me vero admirationē eo vel maxime faciunt, cum humanitas Vestra, tanquam Magnes attrahat quosque, quæ mea & aliorum servitia merito Vobis devincit. Huius ergo obligationis, atq; debiti officij mei præsens iure Ciuili & Canonico condecoratus, *de attentatis Francisci Herculani Tractatus* me nunc potissimum commonefacit, vt eum Vestro Fraterni animi & honoris amplissimo Nomini inscribere non sim veritus, & meū erga DD. VV. exiguum sinceri animi affectum demonstrem, nullus dubitans, quin fraterni mihi bene addicti animi hoc Opusculum de *Attentatis* diu desideratum, à me verò, vt denuo multorum votis lucem videret tentatum, & sub honorifica Nominis Vestri authoritate, & tuitione prodiret. Parvum quidem Volumen est, huius vero de *Attentatis*, materiæ o-

mnis Epitome, Canonice & Civiliter docens, Vestræ vero vtriusque scientiæ & prudentiæ conveniens: Quæ cum vtraque in Vobis, diuturno consiliorum atque legationum vsu emineant, nihil aptius hoc libro offerre potui. Eum itaque Vestro, Vestri vnius animi, mentis, voluntatis, omnia felicissima, cum felicissimo huius & plurimorum insequentium annorum decursu, ad publicum bonum, orthodoxæ nostræ religionis propagationem eiusque defensionem, & maiorem DEI Optimi Maximi honorem, animitus opto. Quod dum facio, officiosè rogo, hoc meum Attentatum æqui bonique consultum, me vero Vestræ benevolentiæ & singulari favori commendatum haberi.

Dabam ipso S. VRSVLÆ 21. Octobris. Anno supra sedecim secula post

la post Virginis partum Quadragesimo Octavo.

R.R.N.& Amplissimarum DD.VV.

Fidelis servus

JODOCUS KALCOVIUS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786446935/phys_0011
DFG

PRÆFATIO AVTHORIS IN LIBRVM de Attentatis.

QVONIAM omne agens, agit propter finem, vt inquit Philosophus, sæpe intendimus, circa attentata, æquum & bonum inuenire; ius enim est ars æqui & boni. *l.1. ff de iust. & iur.* æqui vt adæquati boni, vel quod omnes appetunt, vel vt non disiunctum ab honesto; non enim quod æquum est, statim bonum est, non enim omne quod licet, honestum est, *l. non omne quod licet ff. de reg. in.*

Id autem, ratione media, intendimus; quoniam tunc maxime, nos scire putamus, cum per causam, & rationem scimus. 1. *Physic. cap.* 1. Ratione quidem, quoniam hac magis respicit hominis dispositionem, vt causa naturam, & rerum necessitatem; juris enim peritia, quia ratione constat, æquum, & bonum, respiciente, scientia, etiam dici poterit; lex enim nisi ratione constet, lex non erit. *can. erit autem lex* 1. *distin.* intellectus enim æquum, & bonum, vt finem respiciens, circa diuersas hominum actiones, ratione media, diuersa disposuit; vt Phisicus, ex multis particularibus, constituit, quod omne quod movetur, ab alio mouetur; item mathematicus, abstrahendo à materia, intellectu agens, pro-

propositionibus suis determinat, quamobrem iuris peritia, vt scientia intellectus, ita considerari potest; nam quatenus est collectio præceptorum, est ars; quatenus vero in practica deducitur, practica, scientia dicetur. Principia enim scientiæ juris, sunt per se nota, & ex ipsa natura, vt procreatio sobolis, filiorum educatio, inde consensu, placita seruare, quod enim valet apud mathematicum, si ab æqualibus æqualia demas, remanentia sunt æqualia, vel apud Physicum, quælibet pars, est maior suo toto; idem apud iureconsultum, pacta esse seruanda, & quod semel placuit, amplius displicere non posse.

Subjectum autem nostrum, sunt actiones hominum, quæ dicuntur attentata; de attentatis enim sermo noster est, quæ respicit actiones hominum; vnde quæcunque determinabuntur in hoc libro, comprehenduntur, sub ratione huius subiecti. Obiectum autem erit bonum, & æquum; sub ratione enim æqui & boni, omnia ad habitum, siue intellectum, siue potentiam intellectiuam, referuntur, vt enim color, obiectum est visus, ita æquum & bonum, potentiæ siue habitus iurisperiti, obiectum enim juris periti erit æquum & bonum.

Ex subiecto autem, titulum inscripsimus de attentatis; titulus enim aut à persona sumitur, vt Vlissea, aut à re, & subiecto, vt Meteora, ab actione, vt Bucolica, à loco Ilias, à tempore, Fasti; etenim inscriptio non est liber Aristotelis, Moisis, aut huiusmodi. Inscriptio enim est comprehensio argumenti paucis verbis, nempe vno, vel duobus; quod enim præterea est, magis vitio tribui potest, licet necessitatis causa, quandoq; aliter pactum sit, ut apud

nos, de his, quæ in fraudem creditorum, de his, quî sibi mortem consciverunt. Periocha enim argumẽtum est pluribus verbis, vt Elenchus multorum capitum, qualia apud nos, quæ dicuntur summaria, apud alios repertoria, & tabulæ, siue iudices.

De attentatis, diximus non attentata; siue attentatorum, siue attentatum; quoniam materiam, & subiectum notantes verbis notantibus, subiectum ponere æquum, de enim materiæ plerunque cohæret, vt *in rub. ff. de reb. credit.* quandoque enim inscriptio facta est per rectum, vt naturalis historia, Andria, Adelphi. quandoque per obliquum: & tunc aut per secundum casum vt commodati, locati, rerum amotarum, aut per sextum, cum propositione, de, vt de iustitia, & iure. Inter primas duas inscriptiones, & vltimam, à quibusdam ea videtur poni differentia, quòd quando dicitur Andria. Adelphi, Historia naturalis, res quasi repræsentetur, quando vero per sextum casum inscribatur, existimatur, quasi de ea tractetur, vnde si inscribitur historia naturalis, est quasi processus ipsius naturæ, sed si de historia naturali, videtur quasi tractetur de texenda naturali historia. Sed videtur quod rectus, essentiam, obliquis casus, materiam demonstret, vnde subintelligitur liber. Plane, quando per secundum casum. inscriptio explicatur, deest, vel supplendum est aliquid, ecce enim locati. s. titulus, liber, tractatus, & huiusmodi, quod manifestius est, quam si de commodato dicatur. vnde inepta est inscriptio, de legatis primo, secundo, & tertio, primus enim, secundus, tertius, vel genere neutro in recto. liber enim casus rectus esse debet.

Item

Item si certum petatur, vti possidet, vtrobi, principia sunt edictorum, quales modi apud Hebræos, habemus denominandi libros à principijs, vt quod nos genesim dicimus, græce, illi Beresith, dicunt, & ita, liber ille incipiat primis verbis. Plato vel à materia ipsius vt iusto, vel à persona, vt Protagoras inscripsit.

Vtilitas, ex opere nostro, erit ea, quæ in reliquis scientijs speculatorijs, nempe adæquatio intellectus, siue veritas, siue hominis profectum per scientiam speculatiuam, quatenus scilicet, circa hoc, scientia de attentatis operatur; quod necessarium quoque videatur de iis scire, quippe cum plerunque in iudicio, & nullitas, & attentata volutentur, quod & Octauianus Vestrius, in quadam præfatiuncula suæ practicæ, non ignorauit, quod practicam concernit; ridendum enim illum puto, qui speculatiuæ scientiæ, aut artis finem, lucrum, & id vtilitatem putauerit; qui enim vel lucraturus tractat scientiam: is nec docebit, nec discet; ignorat enim finem, vt omni animanti inferioris videatur, quod omne animans, agat propter finem, & finem proprium. Âst inquies, lucrum mihi magis placet, quam vmbratilis ista Philosophica perfectio. Certe si lucrum quæris, cur his operam das, quæ tantum abest vt ditent, vt potius diuitem depauperent. At inquis plerique ditantur, certe nisi plerique depauperarentur, & haud credendum est, illos scientiæ finem putate sed lucrum non abiicere oblatum. Mihi scientia hæc adhuc nullas præstitit opes, nec id insperatum accidit; finis enim & vtilitas, perfectio intellectus, à

me

me putatur. De hocque Deo gratias ago, eundem orans, vt honestam vitam me traducere promittat, non enim alia de causa lucrum est quærendum, quam vt vita honeste sustentetur. Speculatiuæ scientiæ siue arti tribui, quia finis noster, est veritas, sub bono & æquo, practicæ autem opus.

Ordo huius nostri tractatus, est ab vniuersalibus, ad particularia, & iterum à particularibus, ad regulas vniuersales, quia vniuersalia, & communiora nobis magis nota sunt, particularibus, & tamen ex particularibus, vniuersalia constituuntur. Sicut in tractatu de Anima, fecit Aristoteles, is enim animam prius definiuit, inde posuit animæ potentias, inde earum differentias, inde singulas reasumpsit, incipiendo à generalibus. 2. *de Anima text. & comm.* 34.

Diuisimus librum, in capita, quod aptius nobis id esset, & quod commodius lecturo, id fore putauimus. Diuisio autem videtur circa duo, id est quod quædam respiciunt substantiam, quædam accidentia; licet alias sciamus à quibusdam dici, circa vnamquamque rem, de quatuor dubitari an sit, quid sit, qualis sit, propter quid sit.

ALE-

ALEXANDRI MODESTI A ROCCA CONTRARIA

Ad Lectorem.

LECTOR candide, longos
Si vitare labores,
Attentataque scire
Quæris: perlege librum,
Noster, quem promit Author
Ex penu varia atque
Parcæ in morem Apis, Hyble
Quæ de floribus affert
Fauis dulcia mella.
Inter lilia Anethum
Non confarcinat author.
Libro haud queritur isto
Agnos iungere lupis.
Multos esse labores
Nouisti Herculeos. At
Nostri quos DEUS ipse
Permittit legimus. Non
Fas est omnibus idem
Posse. Hæc candide Lector
Sumas æquo animo. quòd
Altis munera templis
Omnis non eadem offert.

INDEX

INDEX CAPITVLORVM.

DE significatione verbi, Attentare, & an attentans cadat in statuto de spoliante, vel turbante. Cap. I. fol. I.

Attentata vnde originem habuerint, & an remedium attentatorum sit fauorabile, an odiosum, & an lex dederit causam attentatis, an verò contra. Cap. II f. 9.

Attentata quid sint, & an continuare sit attentare, & quid in constituto, & quid in vti possidetis. Cap. III 14

Quomodo continuationem excuset. Cap. IV. 21

Contra ius, innouari, quomodo dicatur. Cap. V. 32

Lite pendente attentari quomodo, item quomodo lis dicatur pendere: item declaratio ad clem. fin. vt lit. pend. & alia in materia. Cap. VI. 39

Mortuo vno ex litigantibus, in beneficialibus, quomodo lis pendeat, & dicatur attentari. Cap. VII 64

Executoriales, contra surrogatum, non citatum, quomodo attentata Cap. VIII 72

Qua-

Quædam in materia c. 1. & 2. vt lit-pend. in 6.
Cap. IX. 74
Appellatio extraiudicialis quomodo inducat litis pendentiam. Cap. X. 78
Attentata, quomodo reuocentur. Cap. XI. 85
Ius reuocandi attentata, quale sit. Cap XII 90
De commissione causæ super attentatis, & iudice causæ attentatorum. Cap. XIII. 96
De processu in causa attentatorum. Cap. XIV. 103
Quid probandum circa attentata. Cap. XV 112
De remissoriis concedendis in materia attentatorum. Cap. XVI 118
De repulsa testium & obiectibus in materia. Cap. XVII 125
Suspenso petitorio, quomodo attentetur circa possessorium, & multa in materia. Cap. XVIII. 131
Sententia super attentatis, an interlocutoria, sit vel diffinitiua. Cap. XIX 137
Attentatorum priuilegia. Cap. XX. 142
Differentiæ inter cap. reintegrandæ. 1, q. 1. interdictum unde vi & remedium attentatorum. Cap. XXI. 146
Reuocatio attentatorum quomodo post conclusionem in causa. Cap. XXII 152
Pendente causa absolutionis à iuramento, item nullitatis, item restitutionis in integrum quomodo attentetur, Cap. XXIII. 157

Facta

Facta pendente termino, ad dandum apostolos, quomodo reuocanda. Cap. XXIV. 169

Quando plura spolia siue attentata proponantur. Cap. XXV. 173

In causa attentatorum an sit coloranda possessio, quædam de colore possessionis & obiectus. Cap. XXVI. 175

Attentata lite pendente an sit nulla ipso iure, an reuocanda vt non nulla ipso iure. Cap. XXVII. 182

De inhibitione & eius materia. Cap. XXVIII. 187

Attentata reuocanda, & ampliationes. Cap. XXX. 228

In quibus casibus non reuocentur attentata. Cap. XXXI. 290.

FRAN-

FRANCISCI HERCULANI PERUSINI JURISCON. & Equitis Laureati.

TRACTATUS.

De attentatis appellatione pendente.

SVMMARIVM.

1 *Doctrina qualibet est vel rerum, vel signorum.*
2 *Quæstio nominis præcedit quæstionem rei.*
3 *Attentare idem est quòd tentare, & ratio ibi.*
4 *Tentare verbum quid significet, & nu.8.10.11.*
5 *Melius est quid præterire, quam attentatum deserere.*
6 *Appellare verbum quid importet, & quid Adsectari. nu.7.*
9 *Tentationis duæ sunt species.*
Quis dicatur attentare.
Præsumere verbum, quid significet.
12 *Attentandi verbum, hodie de communi usu loquendi, duas habet significationes, ibi.*
Diffamans dicitur innovare.
13 *Statutum disponens circa turbantem, vel spoliantem aliquem de possessione, an habeat locum in attentante.*
14 *Attentans an possit accusari de turbativa vel spolio. & 15.*
Factũ iudicis, de facto procedentis, reputatur factũ partis.
Prædo notorius debet citari, quando agitur de expellendo eum de possessione.

De significatione verbi, Attentare, & an attentans cadat in statuto de spoliante, vel turbante.

CAP. I.

QUoniam, ut inquit D. Augustinus *lib.1.cap.2. de Doctr. Christ.* † omnis Doctrina vel rerum est 1

vel signorum hoc est nominum & ut Jurisconsulti
2 nostri dicere solent † quæstio nominis præcedit
quæstionem quia rei *l. si quæramus ff. de testa.* tracta-
tionis de attentatis operepretium me facturum es-
se existimavi si quædam de significatione verbi at-
3 tentare præmitterem. † Attentare igitur videtur i-
dem quod tentare ut præpositio illa Ad commuta-
ta et At ratione sequentis literæ, euphoniæ causa
parum forsitan aut nihil operetur, ut in simili de
dictione inscribitur *in l. Gall. §. ille casus ff. de lib. &*
4 *posth. in l. j. ff. de migra. in rub ff. sol. matr.* ¶ † Tenta-
re autem experiri, vel periculum facere vel inchoa-
re significat, ut apud Vergil. *vix primi prælia tentant*
5 (unde apud Cicer. *in Orat. legimus*) † melius præter-
ire, quam attentatum deserere. In quam senten-
tiam videtur & Ulpiani illud *in l. item.* & apud La-
6 beonem. §. *appellare ff. de injuriis* † appellare est
blanda oratione alterius pudicitiam attentare hoc
non est convitium facere, sed contra bonos mores
attentare. Qui turpibus verbis utitur non tentant
7 pudicitiam, sed injuriarum tenetur. ¶ † Aliud est
appellare aliud adsectari, appellat enim qui sermo-
ne pudicitiã attentat, adsectatur qui frequenter se-
quitur. Ad hæc Thom. 1. *par. q.* 114. *art.* 2. In quã sen-
tentiã apud Græcos illud forsitã accipietur οὐκ ἐκπει-
ράσεις κύριον τὸν θεόν σου. & apud Hebræos legitur, &c.
לֹא תְנַסֶּה אֶת יְהוָה & Chald. interp. לָא תְנַסוֹן קֳדָם יְיָ

8 Attentare quoque significare potest non simplici-
ter tentare, sed vehementer & forsitan etiam fre-
quentius tentare, quod in se quoque frequenta-
tivum est à teneo, frequentiamque visua significat,
nam-

hamq; particulæ hæ quandoq; ornant, quandoq; augent, quandoq; minuunt, ut in dictione innotatur, in *d.l. Gallus. §. ille casus de lib. & posthu.*

¶ Planè apud Theologos tentationis significatio videtur quid diversum à supradictis, † Tentatio- 9
nis enim species duæ dicuntur ab eisdem exterior, & interior tentatio. Exterior tentatio est quando nobis extrinsecus malum visibiliter suggeritur verbo, vel signo aliquo; ut ille cui fit ad consensum peccati decline; & talis tentatio tantum fit ab adversario. Interior verò tentatioest quando invisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur, & hæc tentatio aliquando fit à carne, ut hæc late prosequitur Magister sent. *lib. 2. dist. 21. porrò sciendum.* Unde cum oramus dicimus, & ne nos inducas in tentationem, & orate, ne intretis in tentationem, cujus loco apud Græcos authores, vox περεγασμὸν legitur. † Attentare autem verbum secundum Æ- 10
gid. Belam. decis. 18. oneratio conscientiæ, propriè sonat in malum, unde ipse ibi dicit quod oneratio conscientiæ judicis non impedit appellationem, licet judex deferre minime teneatur ut *no. in clem. j. super verb. oneramus de ju. part.* Inde subdit & operatur alium effectum hæc oneratio conscientiæ, quia licet superior injustè attentata post appellationem habeat revocare per modum simplicis justitiæ, non tamen per modum attentati ut *not. Io.* An quia si judex secundum suam conscientiam credit bene egisse & in hoc quod repellit appellationem jure permittente bene agit ut proximè dictum est, & in hoc quod appellatione nõ obstante nihilominus procedit, nihil temere agit, nec per consequens attentare videtur quia jure permittente hoc facit.

In eandem sententiam videtur *tex. in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleric.* & dicit Gemin. *in c. quamvis in principio* à contrario sensu *n. 1. de offi. ord. in 6.* quod attentare dicitur qui facit actum sine aliqua rationabili causa ut per Manfre. *conclu.* 115. Sed id jure nostro inspecto procedent ut in simili videmus quod præsumere cum ex præ, & sumo componatur proprie ex antiquis authoribus, significat quando lex veritate adhuc aliter non constante aliquid habet pro vero, verum ex recentioribus authoribus, significat sine authoritate superioris præsumptuosè agere ut per Fely. *in rub. de præsumpt. in cap. Iudæi de testib. cum concord.* Alex. *conf.* 123. *nu.* 17. *li.* 4. & vide ad hoc *l. cum de lanionis* ibi præsumptione. *de fund. instr.* & latius scribit And. Alciat. *in tract. de præsump. 2. part. in prin.* ubi tangit an ille qui alieno nomine occupat vel agit contra prohi-
11 bitum dicatur præsumere. † Attentare quoque est ad aliquem actum procedere Bald. *conf.* 24. *lib.* 4. *Boe. de sed. q.* 7. *nu.* 36. ¶. Hodie inspecto communi
12 intellectu, & usu loquendi † duas habet significationes verbum attentandi.

¶ Prima est quod attentare significat inchoare delictum & non perficere & ita est materia *l. si quis non dicam rapere C. de episcop. & cleric. quod* attentare in materia sit delictum sentit Vestrius in practica *lib. 6. de remiss.* quod notandum est ad statutum puniens delictum.

¶ Sequens significatio est (de qua nos locuturi sumus) quia, attentare sit lite, appellationeve pendente innovare, ut non solum, sic inchoare sed etiam perficere intentionem, ita tamen, ut non excludatur attentatum non esse si non perficiatur, & inchoa-

choare si interest partis, de qua materia est *tex. in l. unic. nil novari appel. pend. & tot tit. ut lit. pen. & dec. & in lib. 6. & in cle.* & attentata electio dicitur à Pontifice *in c. 1. ut lit. pend. lib. 6.* metaphorice quantum conjicere possum: quia attentare experiri est ut dixi non secuto effectu, attentata verò lite appellationevé pendente licet quoad factum sint completa, tamen juris effectu inspecto, & retractu sine effectu videntur. Unde & qui diffamat dicitur innovare, si prius id non faciebat.

¶ Ex eo, quòd attentare diximus in delictum sonare inferri potest ad quæstionem † an statutum quod turbans aliquem vel spolians in possessione habeat locum in attentante, ecce sæpè evenit casus pronuntiatur instrumentum esse exequendum in personali forsitan à tali sententia appellatur, appellatio non rejicitur, sed admittitur post ex tali sententia de exequendo (fortasse quia relaxabatur ibidem mandatum executivum) Notarius imperitus extra hic licentiam, sine judicis manu vel cum judice non refert pars accipit possessionem non solum per modum tenutæ sed & per modum possessionis, quæritur cum iste attentaverit an propterea dicatur turbasse, spoliasseque, ut fiat locus edicto. Istud dubium in duobus mensibus rer mihi contigit, quidam enim qui obtinuerat sententiam super adipiscendæ à quo fuerat appellatum, obtinuit aliam de exequendo cum mandato executivo, à qua & quo antequam quicquam fieret extitit appellatum & appellatio admissa si, & in quantum, Notarius extraxit executoriales post intimationem appellationis, & capta est possessio, nunc agitur super attentatis, super turbativa & spolio. Item alius a- 13

gens ad revendendum ex instrumento obtinuerat sententiam de exequendo à qua extitit appellatum, inde obtinuit aliam cum mandato executivo & ingressus est possessionem, & fecit actus possessorios, non facta prius reconditione & cum essemus in personali. Alius obtinuerat sententiam *in can. reintegranda. 1. q. 1.* & stante appellatione fecit extrahi sententiam in publica forma in curia majori, quam ostendit Potestati curiæ inferioris, qui eum immisit in possessionem nunc agitur super attentatis, super turbatione, & spolio quæritur quid juris.

¶ Prædicta expostularent altiorem indaginem. Sed præsuppositio quod in prædictis attentatum fuerit (quod qualiter se habeat ex dicendis aliâs apparebit) quæritur † an attentans accusari possit
14 de turbativa, vel spolio? videtur quòd non, quia diversa nomina sunt attentare, turbare spoliare, unde videntur habere diversos effectus. *l. si idem. C. de codicillis.*

15 ¶† In contrarium tamen videtur quia licet sint diversa tamen attentatio esse potest talis ut cadat in turbationem, & spolium, namque attentans spoliativè utique spoliat; quia quod pluris est utique tanti est *l. cum furti. ff. de in lit. jurando* : & vide ad hæc quædam quæ dixi infra circa commissionem super attentatis ubi an commissio super attentatis salvetur cum spolio, & contra: & videtur quod ubi attentatur unam possessionem tantum sit possessorum ubi circa dominium petitorum ubi circa utrunque mixtum hoc remedium unde dico quod ut in possessoriis non datur appellationis, ut novisi. *per Gen. decis. 17.* ita & hic item per clem. ad compescendum *de seq. poss.* habet locum etiam ob-

tenta

tenta una sententia circa attentata præsertim cum ex iis magis occurruntur malitiis & nota hæc propter Ægidianam in marchia. Ad id autem quod judicis authoritas videtur excusare in supradictis casibus dicitur quòd factum judicis de facto procedentis reputatur factum partis *l. si ob causam. C. de evict. Dec. cons.* 125. ubi dicit quod spoliatus à judice parte instante videtur spoliatus à parte, ideò ingrediens possess. authoritate judicis & ejus licentiæ non rite datæ non excusatur jux. not. *in l. juste possidet. ff. de acq. possess.* Hæc quoque scribit Petrus de Beninte. *decis.* 93. in quadam causa, & ibi subdit quod non videtur se posse excusare ille, qui ingreditur possessionem sub prætextu quod ignoravit possessionem plenam quoniam debuit diligenter inquirere quis esset possessor ut per Anchar. *cons.* 271. in primo dubio Sozi. *cons.* 158. *cons.* 6. *li.* 2. & Bald. *in l. nam ita Divus. ff. de adop. col. pen.* dixit quòd etiam.

¶ Notorius prædo debet citari, item quando possessio est plena ut quia Dominus possidet per se, vel per colonum non potest quis ingredi possessionem: etiam authoritate judicis possessore non vocato, ut si aliter fiat perinde sit ac si pars propria authoritate fecerit ut per Rubert. *Zucard. in l. fin. C. de edict. D. Adria. & per Afflict. decis* 325. *ad fin.*

¶ Ex his in practica notari potest quod cum sæpè eveniat quod mortuo aliquo unus accipit possessionem prius altero, quod alter licet authoritate prætoris id faciat tamen non excusatur quominus dicatur turbare vel spoliare, & incurrere in pœnas quia debuit diligentius investigare quis possideret.

¶ Nec obstat si consideretur quidem in talibus casibus plerumque non dejiciuntur coloni unde stante primo qui accepit possessionem cum suis instrumentis locationis, is non dicatur spoliari per secundum qui æquè vel renovavit locationes vel accepit possessionem, quia requiritur deiectio cum sua familia ut per Alexan. *in l. quamvis. §. si conductor. ff. de acq. possess. Afflict. dec. 325.* Aret. *cons. 32. Doct. in l. peregrè. §. quibus. ff. de acq. possess.* Petrus Benint. *dict. decis. 93.* quia non propterea minus ita accipiens dicitur turbare præsertim si perseverat, volens prosequi talem possessionem vitiosam, quam purgare prius necesse habebat. Circa quæ dicerem aliqua circa verba quædam apponi consueta in permissione talium licentiarum de accipienda possessione nempè salvo jure tertii, vel sine præjudicio habentium potiora jura nisi brevitati studerem vide tamen *Rot. decis. 19. quidam expertum, alias 578. restit. spol. ant.*

SVMMARIVM.

1 *Attentatorum remedium sumpsit originem ex calumnia, iniquitate, & iniustitia, & quomodo ibi.*
Tempora labuntur dum aliud ex alio trahitur, si permittatur, lite pendente, innovari, & attentari omnia & litigatores tedio affecti, à iure suo prosequendo desistunt.
2 *Attentatorum remedium inventum est ad obviandum calumniis, & illudentibus iudici.*
3 *Attentatorum remedium benignum est, & favorabile.*
Legumlatores summo studio nixi sunt, lites coarctare.
4 *Attentatorum remedio, ius suum, unicuique servatur. ut ibi.*
Appellationis remedium, dicitur favorabile similiter & nullitatis.
5 *In dubio dici posset, non esse attentatum, & attentatum, esse revocandum.*
6 *Attentatorum remedium an fuerit inductum à l. ex causa atten-*

attentati an contra. l. induxerit attentatum, dubium est.

Per legem cognitio peccati.

Vbi non est lex, ibi nec praevaricatio.

Nullitas, satis confinis attentatis, ex lege, originem traxit.

7 *Attentatorum remedium fuit inductum à lege, ob calumnias, & illusiones iudicis.*

8 *Lex est multiplex, ut ibi.*

Lex naturalis secundaria, nata est cum ipso homine.

Attentatum natum est propter legem naturalem, sed informiter.

Lex civilis ordinata fuit crescentibus malitiis, & calumniis, hominum, qua formiter facit cognoscere delictum attentatum.

9 *Attentata in habitu videntur potuisse considerari ab initio mundi, & quomodo ibi.*

Indicium ab initio mundi institutum videtur, licet non solenniter quando sanctus Deus expulsurus Adam de paradiso eum prius vocavit, & quasi citavit.

Ratio naturalis, attenditur circa attentata.

10 *Attentata sunt incognita iure naturali, & inventa de iure positivo.*

11 *Attentatorum remedium tollitur, cum per clausulam (nulla iuris solennitate servata) causa redigatur ad ius gentium.*

Attentata unde originem habuerint, & an remedium attentatorum sit favorabile, an odiosum-& an lex dederit causam attentatis, an verò contra.

Caput II.

REmedium † attentatorum originem sumpsit 1
ex calumnia, iniquitate injustitiáve, quæ oriri potest ex eo, quod si permittatur lite pendente, innovari & attentari omnia redigentur in confusum & causæ nunquam expedientur dum † aliud ex alio trahitur tempora labuntur, & litigatores tedio affecti à jure suo prosequendo desistunt: namque si

dum ago contra te spolio propria authoritate occupo tu iterum idem mihi facere potest dum reconvenis super spolio, itaque datur materia diffuse calumniandi, & illudendi judicem nisi is circa talia ex remedio attentatorum, sive ex officio deserviente super prædictis juris ordine non servato licet parte citata revocaret attentata & in pristinum statum ordinariam formulam procedendi redigeret.

2 ¶ † Ad obviandum calumniis itaque & illudentibus judici inventum est remedium attentatorum, à quibus non abest quod remedium nullitatis jusque revocandi actus nullos non aliunde originem traxit, nempe ne alias unusquisq; parte inaudita, item causæ cognitione non præcedente & authoritate judicis jure procedentis non interveniente alios patrimonio proprio privaret ac spoliaret contra naturalem æquitatem, qua pars citanda est ad id unde sibi fieri posset præjudicium *juxt. clem. pastoralis, de re judicat. c. primates 2. q. 1. cap. pater. 16. q. 1. not.* per Innoc. *in cap. quæ in ecclesia non ex. de constit.* cum aliis alleg. *per Alex. cons. 77. in causa col. 4. lib. 2* Dec. *cons. 410. col. 4.* & scribitur late per Vant. *de nullit. pag. mihi 9.*

3 ¶ Qua ratione dicendum est † remedium attentatorum esse benignum & favorabile, eo. n. facilius pervenimus ad expeditionem litium quod ad officium judicis pertinet. *l. quidam æstimaverunt. ff. si cer. pet, l. 2. in prin. ff. de aq. pluv. arcen. l. properandum in prin. C. de judiciis,* summo enim studio legũlatori. nixi sunt easdem lites *l. coactare ut in d. l. properandum. & in proœ. 6. & de temp. appel. &* de obviando calumniatoribus facit *cle. ut calumniis de re jud. l. 2. C. de fals. authorit.* Paris. *de sindic. §. an si judex*

ex

ex forma. col. 2. † Remedioque hoc jus suum uni- 4
cuique servatur, namque si lite pendente me spo-
lias causa redigitur ad suos terminos per attentata
ut unusquisque quod suum est retineat, qua ratione
in commune utile quoque tale remedium putari
potest & ideo favorabile ut *in l. si quis in gravi. §. hi*
quoque. ff. ad Sillania. l. de pupillo § publicam camm.
ff. de oper. non. nunt. Deci. *cons.* 669. *viso & perlecto*
n. 5. *cons.* 660. revocatur *num.* 6. & facit quod hac
ratione remedium appellationis dicitur favorabile
ut per Alex. *cons.* 113. *viso. col.* 1. *lib.* 5. *Rot. decis.* 364.
cum jura in no. & remedium nullitatis ita favorabi-
le scribit Vant. *de nullit. pag.* 10. *& seq.* ubi latissime
de materia † unde dici posset in dubio revocanda 5
esse attentata item in dubio non esse attentatum de
quo per *Rot.* 446. *not. Alex. cons.* 99. *lib.* 5. *Manfred.*
cons. 347.

¶ Ex his † non satis liquet an attentatum fuerit 6
causa legis ad inducendum remedium attentato-
rum, an contra ex lege inductum fuerit attenta-
tum; namq; D. Paulus ad *Romanos c.* 3. *per legem* in-
quit *cognitio peccati & iterum cap.* 4. inquit, *ubi enim*
non est lex ibi nec prævaricatio, qua ratione ex lege
originem traxisse nullitatem satis confinem atten-
tatis putavit. Vant. *in tract. suo de nullit. pag.* 8. ubi a-
lios allegat.

¶ In contrarium tamen facere videntur supra
considerata quòd † calumniæ & illusiones judicii 7
dederint causam legi, ut induceretur remedium
attentatorum ut *in cap. non solum de appell. lib.* 6. *&*
tot tit. ut lit. pend. in clem. & 6. Circa quod bene con-
sideranda sunt verba D. Pauli quòd per legem co-
gnitio peccati, & iterum nisi esset lex non esset

præ-

8 prævaricatio, item quod † lex est multiplex, namq; reperitur jus naturale primævum & secundarium, jus gentium, lex Mosaica, lex civilis, & novissimè lex Evangelica Salvatore nostro Jesu Christo vero filio Dei nobis tradita ut de his latissime scribit *Robert. Marant. de ordin. Iudic. 3. p. princ.* Si considerem us jus naturale secundarium quo cautum est quod tibi non vis alteri ne feceris *c. humanum. 1. dist.* Abb. *in cap firmiter de Summ. Trin. & fid. cath.* & hæc lex naturalis cum nata sit cum ipso homine ut per Marant. *in d.* loco certe ei non fuit causa attentatum, unde propter hanc legem nascitur attentatum, sed informiter, procedentibus autem malitiis hominum, & calumniis ulterius alia lex civilis ordinata est quæ formiter cognosci facit attentatum delictum ut tot *tit. ext. ut lit. non contest. lib. 6. & in cle.* & in aliis locis quæ ex infra dicendis notari possunt, unde illud Pauli per legē cognitio peccati, & illud ubi nō est lex ibi nec prævaricatio.

9 ¶ † Attentata in habitu videntur potuisse considerari ab initio mundi, namque attentatum nihil aliud est quam innovatum lite judicióve pendente ut infra dicam, Judicium autem ab initio mundi institutum videtur, licet non solenniter namque cum Deus expulsurus esset Adam ex Paradiso eundem prius quasi citavit quasi causa cognita id facturus ut diffusè scribitur per Marant. *de ordin. iudic. 3. part. col fin.* In actu verò videtur quod ex titulo nil novari appellatione *pend. & extir. ut lit. pend. nihil inno.* & ex quibusdam aliis legibus in quibus notari potest quod attentata ante omnia sint revocanda, unde non immerito ratio naturalis attenditur circa hanc materiam, ut per

Manfr.

Manfr. *concluſ.* 204. & ex prædictis inferri poteſt ad id, quod Rub. *Alex. conſ.* 2. ubi dicit † quod jure 10 naturali ſunt incognita attentata, quod eſt quoad formam, & ſolemnitatem, & actum, & inventa jure poſitivo, & ideo † cum per clauſulam nulla juris 11 ſolennitate ſervata redigatur cauſa ad jus gentium tollitur remedium attentatorum Jaſ. *conſ.* 162. *in* 4. Manfr. *concl.* 121.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio attentatorum.* 3. & 4.

2 *Iudex ligatur per titulum, nil nov. appell. pend. & pars per titulum, ut lite ped.*

5 *Ille non dicitur attentare, vel innovare, qui ius ſuum proſequitur, & facit, quòd facere ſolitus erat lite non inchoata exemplum ibi.*

6 *Deſiperet, qui dimitteret ius ſuum, & deſiſteret à proſecutione iurium ſuorum, propter contradictionem, vel appellationem alterius.*

Vtens iure ſuo, nemini facit iniuriam.

7 *Appellatus, non prohibetur continuare poſſeſſionem ſuam, & uti iure ſuo, per appellationem.*

Quis non eſt privandus poſſeſſione ſua lite, neque appellatione pendente.

8 *Poſſeſſor eſt tuendus in ſua poſſeſſione, non obſtante appellatione, vel pendentia litis, etiam quòd ſua poſſeſſio ſit contra ius commune.*

Continuans ius ſuum non dicitur moleſtare, nec violentiam inferre, nec innovare, nec attentare.

9 *Qui non ſint audiendi circa attentata.*

10 *Qui non dicantur innovare, &* 18.

11 *Attentata, quando non revocantur.*

12 *Poſſidens civiliter tantum, ſi deinde accipiat naturalem, non dicitur attentare, vel innovare, ſed magis continuare.*

13 *Statutum, quod pro nova acquiſitione poſſeſſionis, ſolvatur gabella, non habet locum in eo qui habet civilem, deinde occupat naturalem, quia non dicitur nova poſſeſſio.*

14 *Edicta quod nemo propria authoritate poſſit accipere poſſeſſio-*

sionem, non habent locum in eo, qui ex constituto precario, vel lege civilem possessionem habet.

15 *Statutum quod turbans aliquem in possessione privetur, &c. non habet locum in huiusmodi casibus, amplia ut ibi, & infer ad edicta de conventiculis.*

16 *Quis, non impeditur uti possessione sua iuris exigendi, etiam secuta inhibitione, nisi causa fuerit avocata.*

Inhibitio trahit causam ab appellatione.

Inhibitio regulata aliter quam à signatura, ipso iure, nulla esse.

17 *Attentari quando dicatur.*

19 *Decisiv sacri consilii circa attentata.*

Ille, qui, propria authoritate, aliquid facere potest, si prius de facto ipso, adivit iudicem, non poterit variare, & redire ad exercendam auctoritatem suam ratio ibi.

20 *Duo si agant super interdicto uti possidetis, & uterque procedat ad actus, neutra pars dici potest attentare ratio ibi, & exemplum.*

21 *Attentatorum causa, habet locum, in interdicto uti possid. propter perfidiam spoliantis.*

Attentata quid sint, & an continuare sit attentare, & quid in constituto, & quid in uti possidetis.

Caput III.

Attentata † hæc quæ ita dicuntur à Portoribus
1 nostris videntur posse definiri ut sint innovata contra jus lite pendente. Hæc definitio probatur ex *l. 1. ff. nil nov. pend. appellat. & tot. tit. ut lit pend. in 6. & in clem. & in cap.* cum non solum, *de appell. lib. 6.* cum simil. quicquid dixerit *Manfred. concluſ. 1.* qui non videtur tractatum universalem feciſſe ſed appellatio ne pendente cum Ægid. *deciſ. 749.* ſex edicta conſiderat in materia & nota. Taliſque definitio factum magis reſpicit, quam jus, namque ſi attentata ut juris conſiderentur aut definientur in
2 hanc ſententiam † quod *per tit. nil novari appell. pend.*

pend. ligatur judex, & ideo videndum est per judicem attentatum, sed per tit. ut lite pend. ligatur pars ut dicit Dec. *in c. consuluit col. 2. de appell.* licet ego putem quod utroque titulo & judex, & pars ligetur, sed unum appellatione pend. alio lite. † Attentatum est jus revocandi innovata lite pend. contra jus, ut in simili dicitur jus appellatio bonorum possessio ususfructus, servitus & magis ad rem nulleitas, ut considerat Vant. *de nullit. p. 4. aut in hanc.* † Attentatum est judicis officium quo revocantur innovata lite pend. contra jus ut de tali judicis officio infra dicturus sum suo loco, quod & videtur sensisse Men. *in tr. de recup. poss. col. fi.* convenitq; talis definitio revocatio attentatorũ ordinarie & extra ordinẽ. 3 4

¶ Nunc pro declaratione aliqua circa definitionem primam attingam. Attentata itaque dicta sunt innovata, quia si non innovatur, hoc est aliquid novi quod ante litem inceptam factum non erat, non dicuntur attentata, sed continuata magis, † non enim dicitur attentare, vel innovare ille, qui jus suum prosequitur, & facit id, quod facere solitus erat, & consueverat lite non inchoata, ut probat *tex. in l. j. §. ergo ff. nil. nov. app. pend.* & scribit Rot. Rom. *decisio 43. & decis. 44. de appell. in no. & decis. 25. de rescript. in no.* & rationes redduntur *in d. decis. 44.* ubi non obstante appellatione extrajudiciali, & intimatione Apostolicus impetrans beneficium, qui prius inchoaverat processus exequendo gratiam & percipiendo fructus non cogitur desistere à prædictis quasi attentet, quia ante inchoatam litem id facere inceperat † & non tenetur quisquam dimittere jus suum, & desistere à prosecutione, & continuatione juris sui, vel possessoris propter contradictionem 5 6

nem vel appellationem alterius, quin desiperet, inquit Rota, *ibi si hoc faceret juxta no. per Innoc. in c. dilecti. de majo. & obed. in c. venerabili. de censib. in c. j. de his qui fiunt à majo. par. capit.* ¶ Item nemini facit injuriam, qui utitur jure suo ut *in c. cum nobis olim & in c. cum ecclesia Vulterana. de elect.* & alia hujusmodi ubi supra Rota prosequitur, qua idem in effectu ponit *d. decis.* 43. ubi alleg. *not. per Inn. in c. constitutus de appell.* ¶. Eadem scribit Paris. *cons.* 39. *lib.* 1. *ubi dicit* † quod per appellationem non prohibetur appellatus continuare possessionem suam, & uti jure
7 suo. & alleg. tex. quem dicit esse apertum cum ibi *no. in c. cum teneamur de appel.* quia non est quis privandus possessione sua esto quòd pendeat appellatio, prout etiam quis non est privandus lite pendente, & non dicitur attentare vel innovare ille qui prosequitur, & continuat possessionem suam, vel quasi *c.* 1. *ubi Abb. in tertio no. alleg: c. cũ persona de privil. lib.* 6. extra ut lite pend. *Cardin. in clem. ij. in opp.* 2. *eo. tit.* cum aliis adductis *in d. c. cum teneamur de appell.* Ad hæc quædam Bero. *q. fam.* 120. & Manfred. *concl.* 16.

8 ¶ † Quinimo talis ut supra possessor non obstantibus appellatione vel litis pendentia etiam si possessio sua sit contra jus commune tuendus est in sua possessione, ut per Paris. *ubi supra col.* j. & ibi etiã dicit, quod continuatis jus suũ nõ dicitur molestare nec violentiam inferre nec innovare, nec attentare,
9 & per has rationes ibi idem Paris: scribit † non esse audiendos super attentatis debitores quosdam qui existentes, sive habiti in possessione solvendi deposuerant quantitatem alias solvi solitam quasi lite pendente nihil debeat innovari ita ut non obstanti-

stantibus eorum contradictionibus depositum illud creditoribus sit solvendum.

¶ Idem scripsit Paris. *cons. ult. lib.* 4, † ubi pendente late super absolutione à juramento à contractu donationis pro quibus constitutum fuerat eorum nomine possidere à judice petierunt se immitti in possessionem & fuerunt immissi non dicuntur innovasse: quia ex constituto in eos translata fuerat possessio civilis, & naturalis sine aliqua apprehensione ut no. *in l. qui universas* §. *quod per colonum* ubi Alex. & Sozi. *ff. de acq. poss. & in l. quod meo. ff. de acquir. poss.* & ubi supra Paris. dicit quod prædicti hæredes donatarii videntur id fecisse gratia evitandi majores tumultus & potius ex urbanitate, quam quod aliquid attentaverint alleg. not. *Inn. Io. And. & Imo. in c. potuit extr. locat. quod* dominus, qui possessionem emphiteusis accipere potest propria autoritate urbanius agit si judicis autoritate id facit & ad idem *alleg. Bal. & Perus. in c. an sit, ext. de appell.* ¶. Sed † & quasi in continuatione non revocantur attentata quando in eo innovante de jure communi ex causa verisimili possessio præsumitur nisi is contra quem, & attentatum probaret possessionem temporum attentationis *Manf. concl.* 40. 10 11

¶ Quinimo juxta prædicta fortius scribit *Paris. ibidem* nempè † quod non dicitur attentare vel innovare ille, qui possidet civiliter tantum deinde accipit naturalem sed magis continuare, & non de novo agere ut est casus in *c. cum veniissent ubi Abbas in ult. not. ex de restit. spoliat.* & inde infert † quod statutum quod pro nova acquisitione possessionis solvatur gabella non habet locum in eo, qui habet civilem deinde occupat naturalem, quia non dici- 12 13

14 tur nova possessio, & ego hinc dico † quod edicta
quæ quotidie fiunt quod nemo propria authoritate accipere possit possessionem non habent locum in eo, qui ex constituto, precario vel lege civilem
15 possessionem habet. † Item statutum quod turbans alium in possessione privetur, &c. non habebit locum in hujusmodi casibus, quinimo si constituens se alieno nomine possidere ipse detrecter detentationem illi cui fuerit constitutum relinquere ipse dicitur turbare, & videtur turbare ille, qui impedit civiliter possidentem, & inferri potest ad edicta de conventiculis, quæ non dicuntur quando coadunavit amicos suos ad repellendam vim de quo incidenter dixi in tract. de caut. non offend.

16 ¶ Sed ultra prædicta Parisius ubi supra dicit † quod vel secuta inhibitione non impeditur quis uri possessione sua juris exigendi nisi causa fuerit advocata: quia inhibitio trahit causam ab appellatione, & pendente appellatione non debet quis privari sua possessione & de tali regulatione facienda inhibitionis ab appellatione scribitur per *Dec. cons.* 33. *viso puncto* & latius prosequitur *Paris in d. cons.* 39. ubi quoque dicit quod inhibitio regulata aliter quam à signatura ipso jure nulla est arg. cap. cum dilecti de rescript. cum
17 alleg. per *Dec. d. cons.* 33. † Quinimo si quis cogatur desistere à continuatione suæ possessionis propter litis pendentia dicitur attentari ut scribit *Ægid. decis.* 702. *si possessor*. Item dixi quod possidens ante litem motam sed sine causa, vel indebitè si post ab eo qui reportavit tres conformes contra lite pendente accepit contractum & causam suæ possessionis non dicitur attentare, quia possessio

sio contineatur, & causa non est litigiosa & dixi allegari commode posse *Ægid. decis.* 749. licet per appellationem, quinimo si continuans prohiberetur continuare suam possessionem teneretur attentare & in præjudicium litis pendentiæ fieri quod not. per *Ægid. concl.* 701.

¶ † Sed contra prædictam opinionem quod non dicatur innovare & attentare ille, qui habens constitutum lite pendente occupat propria authoritate videtur dec. in terminis per *Afflict. decis.* 131. quidam concessit feudum ubi alleg. *Bellem. in decis. Rot. c.* 1. qui mihi hoc non tangit, inquit autem *Afflict.* quidam concessit feudum Titio in emphiteusim, & constituit se precario nomine Titii tenere, & possidere: demum concludens agit contra Titium & petit illum contractum declarari nullum & citatur ille Titius, lite hujusmodi pendente, ille Titius revocat precarium & capit possessionem fundi, ille qui concessit petit à judice revocari attentata lite pendente, ille Titius dicit quod jure permittente revocavit precarium & sic ante litem motam possedit civiliter *juxt. l. quod meo, & l. interdum. ff. de acq. possess.* † fuit in sacro Consilio judicatum revocari dicta attentata per dictam decis. quam allegat. Pro quibus rationem facere putat *Thom. Gramm.* ibi in additionibus (si illius tales additiones sunt quia licet ex pacto vel aliâs quis propria authoritate aliquid facere possit si prius de facto ipso adivit judicem non poterit variare & redire ad exercendum suam potestatem *alleg. Innoc. in cap. bonæ. 2. de postulat. prælat. Bald. in l. eadem. q. 3. C. locat. Bald. in l. 1. col. v. q. 10.*

18

19

C. de servit. & aq. & subdit quod id fieri non potest in contemptu judicis & præjudicium litis pendentiæ per *tot tit. ut lit. pend.* Sed ex prædictis talis opinio non videtur vera quia talis qui concessit precario ipse videtur possidere unde accipiens possessionem non videtur aliquid de novo facere, sed jam factum videtur detegere & declarare re ipsa *arg. l. hæredes. §. sed si notam ff. de testam.* cum simili.

¶ A prædictis quoque non longe abest quod
20 Capitius scribit *decis. 72.* in causa Notarii† ubi si agatur super interdicto uti possidetis & utraq; *pars* procedit ad actus neutra pars dici potest attentare, quia utraq; contendit de continuatione, & prosecutione juris sui ita ut causa attentatoriũ necessario cognoscenda sit una cum causa principali; namque si ego hominibus coadunatis ad repellendam vim quod est permissum ut per *Bart. in l. prohibitum C. de jure fisci, & per Cassad. decis. 6. de caus. possess. & proprie* & dixi in libro meo de caut. de non offend. pro continuanda mea possessione, & perceptione fructuum accedo ad agrum ibi permaneo vel custodes, colonosvé relinquo non dicor innovare, aut attentare, ut per *Cassad.* ubi supra: quia fiet ad repellendam vim, & ad continuandum jus quod si tu putes te posse repelli amittes civilem & fiet locus cautelæ de qua per *Dec. in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. quod si non putes* te posse repelli & tu quoq; possessorios actus facis & te turbari intendas & agas super attentatis contra adversarium, & ipse contra te dum videmus tempore litis contestatæ uter possideat revertimur ad uti possidetis ut *per Capi. ubi* supra & iterum *de-*
21 *cis. 209.* in causa sacri monasterii,† & no. quod in interdicto uti possidetis unus alium spoliat omnino pro-

propter perfidiam spoliantis habet locum omnino causa attentatorum *Abb. c. 1. ut lit. ped. Manfred. concl. 17.* qui de materia *concl. 16.* ut unusquisque suos actus possessorios facere debeat, & nota quod colonus dicere potest nolo vobis restituere fructus quousque uter sententiam pro se reportet, præsertim satisdando *Boer. decis. 106. dico.*

SVMMARIVM.

1 *Declarationes, & limitationes circa continuationem possessionis 3. 6. & circa advocationem causæ per longam seriem, usque in finem cap.*

2 *A sententia lata in possessorio licet appellare de jure canonico, intelligitur, ordinario.*

Pendente advocatione Papæ, pars non potest uti possessione sibi competente.

Manus inferiorum ligantur ex advocatione.

4 *Differentia inter advocationem, appellationem, & commissionem.*

Papa quando dicatur advocare causam.

Legatus si causam restitutionis in integrum, adversus sententiam committit, dicitur totam causam ad se advocare.

Legatus, etiam de latere ligatur jure communi.

5 *Legatus non potest advocare causam ab ordinariis ratio ibi.*

Opus novum, quod dicatur.

7 *Actor, pendente lite, potest sibi acquirere novum jus agendi.*

8 *Non est verisimile, quod princeps aliquid concedat, in præjudicium partis.*

Attentare non est quod impetratur

Causa, reducitur ad terminos litis contestatæ, per appellationem.

9 *Innovari non dicitur, per alienationem rei litigiosæ.*

Quomodo continuationem excuset.

CAPUT IV.

EX prædictis ut supra latius consideratis appareret, quod ille qui continuat possessionem suam non dicitur innovare, circa quæ aliquæ videntur

1 declarationes adhibendæ.† Prima est quia quoties appellarum fuerit extrajudicialiter, vel in judicio & pendente appellatione ante definitivam sententiam ostensam fuerit de injustitia continuationis talis possessionis, taliumque actorum tunc datur revocatio ut de attentatis ut probat *Rot. decis.* 43. si appellatus de appellat. *in no.* ubi alleg. *not. in cap. non solum. §. fin. de appellat. li. 6. & in cap. si postquam de elect. eo tit.* & iterum idem ponit *dec.* 44. licet *eo tit. de appellat. in no.* ubi amplius dicit quod si appellans obtulit se probaturum causas quibus non debuit continuari idem procedit *alleg. cap. interposita de appellat.* etiam si non probaretur causa expressa in appellatione (quando fuit appellatum ut supra) quod est notandum in hujusmodi appellatione.

¶ Unde circa prædicta cognoscenda videtur faciendus quidam summarius progressus in quo pro revocatione prædictorum cognoscatur summarie de causis supradictis, ut in simili de tali processu in materia possessoria circa uti possidetis scribit *Capit. dec.* 209. *Plot. in l. si quando. C. unde vi est.* n. quoddam possessorium summarium sive extraordinarium in quo non requiritur plena probatio sed summaria nec requiritur litis contestatio nec sententia definitiva, sed interlocutoria tantum quod fuit inventum ne lite pendente super proprietate vel possessione partes deveniant ad rixam ut sciatur quis actor quis reus esse debeat ut scribit *Bal. & Paul. in l. ordinarii col. pen. & fin. C. de rei vendicat. Curt. senior cons. 61. super eo col. fin.* videturque tale judicium summarium præparatorium ad finem alterius judicii institutum & momen-

momentaneum aptitudine, ut inquit *Hier.Cagn. in l.in pari causa n. 6. ff. de reg. ju.* & dicit *Immola in c.cum venissent ex. de institut.* quod tale possessorium non habet longiorem vitam quam habeat ipsa lis & fuit tantum ad ordinandum judicium *l.libertis in fin.de lib.caus.*& de jure canonico ab interlocutoria lata in hoc possessorio extraordinario saltem quoad effectum suspensivum est casus expressus *in cap. fin. §. de possessione 2. q. 6.* & comm. opinio † quod à sententia lata in possessorio de jure canonico licet appellare intelligitur in ordinario non autem extraordinario ut de his latè per *Petrum Benint. decis. 79.* mota lite,& in hoc possessorio extraordinario & summario forsitan sufficeret unus testis de qua quæstione videndus est latiss. Idem *Petrus Benint.decis.62.* dubitatum fuit per *tot.dec.* 2

¶ Ex his in practica ego observari posse putarem in casum,qui frequenter cõtingit aliquo mortuo ejusdem propinquiores accipiunt possessionem omnium bonorum ejus.Heres testamentarius quoque accipit postea possessionem eandem omnes per instrumentum ante perceptionem fructuum eo tempore Testamentarius intentat interdictum uti possidetis veniens ab intestato se defendit quod prior sit tempore dum fit processus testamentarius facit laborari,loccari, percepit fructus, venientes ab intestato petunt id revocari ut attentatum,certè si appellaverint è talibus innovatis intimaverintque appellationem & causam notabilem allegaverint,quare innovandum non esset de ea quæ per processum, ut supra summarium do-

cuerint, audiendi sunt alioquin in supradicta specie super uti possidetis procedetur.

3 ¶ † Secundo principaliter quid diximus de continuatione possessionis lite pendente locum non habet quando Papa pendente appellatione causam ad se advocavit vel devolvit: quia pendente tali advocatione pars uti non potest possessione sibi competente, quia ex ea legantur manus inferiorũ *cap. ut nostrũ de appellat. ca. quãvis de elect. li. 6. ut scribit Rot. Rom.* 44. *licet de appellat. in no.* suboscular tamen, namq; voluit, quod per comissionẽ factam auditori post appellationẽ ligentur manus executorum & prædicta procedãt ante comissionẽ. idẽ voluit *Philip. Franc. in d. cap. ut nostrum col.* 4. *vers. in eadem gloss. ex de appellat.* licet in appellatione ad Pontificem secus sit & in ea standum sit regulæ, hoc est, quòd unusquisque continuare possit possessionem suam ut idem *Fran.* declarat ibidem *col.* 2. *&* 3. *in ult. not. & Decius ibi in princ. & fine.* & sequitur *Paris. cons.* 39. *non possunt col.* 2. *lib.* 1. ubi in fine dicit, quod per solam commissionem Pontifex non videtur causam ad se advocare ut ligentur manus inferiorum, & si forsitan contra sit *decis. Rot.* 44. *in fin. supra alleg.* † ut sit differentia inter advocationem appellationem, & commissionem, ut illa liget manus inferiorum. appellatio verò ultra distinctionem de qua in *cap. non solum de appellat. in* 6. & dicemus suo loco, commissio verò minime. sed contra hoc ultimum scribit *Franc. Rip. in c. cum m. nu.* 197. *de constit.* ubi dicit, quod Papa delegando causam alteri, vel rescribendo audiat talis, dicitur avocare causã.

4 ¶ Circa hæc adverte quia si legatus causam restitutionis in integrum adversus sententiam committit

mittit dicitur totam causam ad se advocasse ut post *Specula*, scribit *Benint. decis.* 85. *nu.* 14. quod intelligerem quoad innovationem factam lite pendente non autem quoad privilegium quod post advocationem causæ possessione sua quis uti non possit, quia legatus etiam de latere ligatur jure communi ut scribitur *in cap. fin. de hæretic. lib.* 6. & quædam alleg. *in libro meo de prob. neg.*

¶ Ad declarationem tamen materiæ hujus advocationis quædam mihi notanda hic videntur. Primo quod Papa expresse advocando ad se causam videtur illam eripere de manibus ordinarii *cap. ut nostrum de appellat.* quod procedit etiam in quocumque inferiore habente potestatem advocandi causas. *l. judicium. ff. de judici.* idem est in superiore; qui mandet referri statum causæ relatione enim pendente ligantur manus inferiorum. *l. j. C. de relatio. cap. licet de offic. legat.* ubi *Imol.* nisi re integra remissio revocetur ut per *Franc. Rip. in cap. cum m. n.* 195 *de constit.*

¶ † Legatus tamen non potest causam advocare ab ordinariis *Abb. in cap.* 1. *de offi. legat.* quia ordinarius concurrit cum legato in iurisdictione adeo quod locus est præventioni *cap. si à sede deprebe. lib* 6. unde Archiepiscopus avocare non posset causam ab episcopis suæ provinciæ, quia inter eos locus est præventioni *cap. pastoralis. de offic. ordin.* cum ibi notat. Quæ de legato diximus à fortiori procedunt in vice legato *arg. aut, multo magis, C. de sacrosanct. eccles.* 5

¶ Avocatio itaque ligat manus inferioris vel inscii hujus advocationis ut gesta per eum sint nulla sec. *Panormit. in d. cap. cum m. per tex. in cap.* 1. *de con-*

ceſſ. præb. lib. 6. quod verum eſſe dicunt ubi cauſa per ſuperiorem committatur motu proprio, ſecus verò ſi cauſa avocetur ad inſtantiam partis, quia intelligitur ſi pars uti voluerit & fecerit deveniri ad notitiã ut de his per *Franc Rip. in d. ca. cum m. nu. 196.* ubi dicit quod curia ſervat quod in delegationibus alteri factis cum expreſſa avocatione indiſtinctè ligantur manus ſecus vero in ſimplicibus commiſſionibus.

¶ Item ſtante avocatione cauſæ, vel dè conſenſu partium judex procedere non poteſt *cap. bonæ 2. de poſtulat. prælat.* nempe ne judicium ſuperioris illudatur.

¶ Item ſuperior eo ipſo videtur ad ſe cauſam avocare quo de cauſa cognoſcere incepit *ſec. doct. in d. c. cum m.* etiam ſi actus per Juriſdictionem alias avocabat non fuerit ſortitus effectum ſec. *Anchar conſ. 58. circumſpectis Rom. conſ. 335.* circa primum ubi limit. niſi actus non fuerit ſortitus effectuum ex defectu falſæ cauſæ vel juriſdictionis ut ſi Papa de cauſis temporalibus ad Imperatorem ſpectantibus cognoſcere incepiſſet ut per *Rip. in d. cap. cum nu. 197.* ubi lim. etiam ut non procedat inter alias partes.

¶ Illud quoque non eſt prætermittendum quod cauſa ſemel tracta in curiam Romanam nunquam inde exibit niſi Papa eam remiſerit ad ordinarium ut per *Decium conſ. 137. col. 3.* item ſi delegatus nullã ferat ſententiam vel moriatur non propterea cauſa revertitur ad ordinarium ut per *Bal. in cap. 1. §. ad hoc col. 3. de pace jura. firm. & in l. ſi ut propenis col. pen. C. quo. & qua. jud. & per Rip. in d. ca. cum m. num. 198. in fi.*

6 ¶ Tertio princ. limit. id quod diximus de continua-

nuatione possessionis ut procedat inspecta primeua materia & qualitate iuris siue possessionis, non autem quod transitum faciat in aliam speciem, ecce si possideo vel quasi servitutem eundi lite pendente non debeo transitum facere ad ius ducendi, quoniam alia est servitus, tunc, n. esset innovare *fac. l.j.§.opus novum.ff.de oper.no. nunti.* ubi opus novũ dicitur quod fit mutata pristina forma ædificii & ibi tractatur & *in l.ius ciuile.ff. de legib.* quod reficere sit de novo facere ut per *Ias.* ibi. namq; innovari proculdubio dicendum est quotiescunq; alteretur status rei, de qua est controversia ut in simili dicimus quod alteratur Iurisdictio ut ordinarius efficiatur delegatus quando ei committitur quod procedat, & determinet summariè & de plano ut per *Ias.* post alios *in l.j.§.& post operis.ff.de oper.no.nunt.* ubi quoque scribitur an prorogare terminum sit innovare, & alterare, & an prorogato termino veniant usuræ, fideiussores, pignora iuramentum. Quæ & ad id trahi possunt si possideo per constitutum, & lite pendente fit transitus ad perceptionem fructuum, ut & si facta fuisset inhibitio.

¶ Licet quid sit novum arbitrarium putari possit ut à iure certò non finitum, namq; novum quandoq; dictum est quod ante per annum factum est *ut in l.vetus ff.de vin.trit.ole.leg.* & Novicius dicitur qui per annum exercitatus est ut in *l.fin.ff. de public. Abb.in cap. fin. de priuileg.* & leges novæ dicuntur quæ ultimo loco factæ sunt ut in §. *cæterum de legit. agnat.succeff.* Et facit quod supradiximus innovatũ in uti possidetis quando alter cogitur omnino desistere à continuatione suæ possessionis', & suorum actorum ut per *Manfr.consi.17.ubi alleg.Abb.in c.1. ut lite pendente.*

¶ Sed

¶ Sed juxta prædicta qui. Quid si possessio beneficii tempore motæ litis fuit vacua & pendente lite per aliquem ex litigantibus occupata an dicatur innovatum contra litem ? Hanc quæstionem ponit *Ægid. decis.* 102. si possessio beneficii, & subdit quod ipse solus annuentibus aliis ut videbatur, dixit quod erat attentatum, quia lite pendente nihil fieri debet super re litigiosa per quod conditio adversarii detentior efficiatur, & ibi subdit. nota quod lite pendente res litigiosa in nullam partium transferri debet ante causæ cognitionem. & *alleg.* 11. *q. j. cap. ult. & 92. dist. cap si quis ordinatus & cap. seq.*

¶ Iterum ex eadem *Ægid. decis. q.* si lite pendente inter duos alter à principe aliquid super re de qua litigatur impetret per quod conditio partis alterius efficiatur deterior an videatur innovatum? *Ægid.* ubi supra arguit quod videatur attentatum *per not. per Innoc. in cap. ult. in gloss.* addit ubi videtur *tex.* ut lite pend. quia deterior sit conditio collitigantis. Contrarium tamen *Ægid.* ibi determinat, † quia actor lite pendente potest sibi acquirere non solum in possessorio, verum etiam in petitorio novum jus agendi ex toto ut probatur *in cap. Abbate. de re judi. lib. 6. & respond. ad cap. fin. & ad not. ibi per Innoc.* quod non dicunt quod impetratio revocetur per modum attentati, sed dicunt quòd ea non obstante procedi potest in lite, nam si impetratio non concernit nisi præjudicium pars tunc surreptia est si de lite mentionem non facit & ita procedat dictum *Innoc.* & est ratio ¶. Quia non est verisimile ut dicit *Innoc.* † Quòd in præjudicium partis princeps velit aliquid concedere. Si vero concernat etiam alia tunc capitulum tangens litis

penden-

pendentiam non includit. Subdit tamen *Ægid. cave quia Io. And. & Paul. in clem. 2. ut lit. pend. sup. gloss. 2.* dicunt quod censetur fieri contra litis pendentiam sive quis sua possessione spolietur, sive res litigiosa alienatur, sive privilegium impetretur non facta mentione de lite quod credo in Judiciis tenere, licet prius dictum de jure videatur probabilius, quia quod impetratur non est attentare *ut d. cap. abbate* ubi acquirere sibi jus non est attentare. *l. si post acceptum ff. de judicii*, sed quod per sumptionem impetratur non est contra litem sed contra impetrationem & principem attentare ex dicta *glos. & Paul.* Hæc Ægid, confuse satis, & super & subobscure. Sed vide *Ægid. decis. 749.* & quæ alleg. alias quia materia ampla est una, ista rescripta impetrata lite pendente.

¶ Plane evenire potest, quod lite pendente aliquid fuerit innovatum & post eadem qualitate inspecta iterum innovatū est super ultimo innovato agi contigit ut super attentatis, si refricetur quod per modum continuationis factum fuerit, obstabat quod continuatio lite inchoata consideratur, & cui comedimus quod plus est utique quod minus *reg. cui quod plus est ff. de reg. ju.* cum simil. Et iterum si in prima instantia fuerit innovatum sæpe ac sæpius vel semel, & post in causa appellationis innovetur super quo agatur quasi ut super attentato idem dicendum videtur, quia per appellationē causa reducitur ad terminos litis contestatæ ut per *cap. decis. 18*, ita ut ad terminos emissæ primæ citationis redigamur. ex eo enim tempore inducitur litis pendentia ut in *cap. si. ut lit. pendent. in 6.*

¶ Sed & causa attentatorum faciet litis pendentiam

tiam non quoad continuationem sed quoad alia, ecce. n. pronuntiatum est sententiam exequendam esse à qua est appellatum, & facta est executio in tenutam, agitur super attentatis, quia pendente appellatione, ille de tenuta transitum facit ad possessionem instatur super revocatione attentatorum, excipitur quod non erat lis super possessione, replicatur quod erat super attentatis & tenuta unde à fortiori super possessione licet appellatio frivola esse.

¶ Tertius autem non *litigans* si innovaverit non videtur teneri per remedium attentatorum, sed alia iniustitia nisi faciat ad commodum *litigantis*, quia is videbitur feciſſe, unde Iudex qui se intromittit cum non sit iudex non tenetur ut attentans nisi post inhibitionem interpositam, vel appellationem ab eius processu & intimationem si ea fiat in absentia ut probari potest super *cap. non solum cap. ab eo. de appellat. in 6. & ex not. per Rot. 43. & 44. de appellat. in nov.* Plane si lite pendente in aliquem fuerit aliena tum revocationem dari per modum attentati scribit. *Rot. 2. de alien. ind. mut. cau. in antiq.* quidem utile est quoniam contingere potest, ut locum non habeat titulus de litigiosis, ut mihi contigit in transactione, & donatione causa mortis, quæ videntur non recipere titulum de *litigiosis l. censemus. C. de litigiosis*, sed de his alias.

¶ Iuxta prædicta contigit talis casus quidam obtinuerat licentiam realem & personalem contra A. ut sibi revenderet tale prædium, unde in illud ingressus est & aravit & possessorios actus fecit. A. cum hoc sciret appellavit & agit super attentatis.

tis. Non procedit quia lis jam est finita per sententiam, unde ad turbativam vel spolium est recurrendum, sed si post appellationem legitimè interpositam & intimatam *juxt. ca. 1. de elect. lib. 6.* attentetur secus est idem esset si stante appellatione ille devenisset ad tenutam, & dum agitur super attentatis transitum fecit ad possessionem ut supra tetigi, quia lis tunc quoque pendet. Nota tamen *gloss. in verb. innovare in ca. fin. ut lit. pend. in clem.* † quòd nõ dicitur innovari per alienationẽ rei litigiosæ & per impetrationem rescripti non facta mentione litis pendentiæ.

¶ Sic lite pendente contra debitorem super observantia instrumenti executivi debitor ille iuratur suspectus de fuga, & devenitur ad capturam, utiq; per remedium attentatorum retractari poterit dũmodo indebite deventum sit ad talem capturã. Ecce alius casus quidam agit super rescissione contractus interim ille agit executive ex statuto decernitur ad capturam non videtur habere locum remedium attentatorum præsertim si exceptio litis pendentiæ super rescissione non sit de permissis à statuto dante executionem, faciunt quæ dicam, in sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Quod fit lege permittente, pœnam non meretur.*
2 *Causa si committatur, sub onere conscientiæ, Iudex non tenetur deferre appellationi, & quomodo fiat revocatio, ibi.*
3 *Surrogatus in beneficio, quo casu non dicatur aliquid attentasse, ibi late.*
4 *Iudex, parti committere potest, quod propria authoritate ingrediatur possessionem.*
Adversarius, constitui potest nuncius ad citationem, in re sua
5 *Quo casu, non dicatur attentatum, nec innouatum. 6. 7. 8. 11. 12. 13. 17. 18. 19. 20. 21. alii casus ibi remiss.*

9 At-

9 *Attentatorum remedium, & titulus, ut lite pendente, non habent locum, quando partis adversæ non interest aliquid innovari.*

10 *Princeps non dicitur proprie attentare, quia est supra jus.*

14 *Ampliationes circa attentata. 15. 16*

22 *Innovata, post emissam & executam citationē, ex quibus fiat præjudicium causæ, revocanda sunt, per modum attentati.*

Contra jus, innovari, quomodo dicatur.

Cap. V.

1 COntra jus diximus præterea in definitione, quia † quod fit lege permittente pœnam non meretur. l. gracchus. C. de adulteriis & attentatum dici non potest quod sonat in malum, & ita quòd ubi fit lege permittente non attenterur scribit *Æg. decis.* 18. oneratio conscientiæ ubi † si causa committatur sub onere conscientiæ judex non tenetur deferre appellationi, & si procedat non fit revocatio per modúm attentati, sed per modum injustitiæ.

¶ Qua ratione putabat dici posse *Guliel. Cassad. dec. 6. gratia surrogationis in tit. de caus. posses. & propr. nu. 9.* † quòd surrogatus in beneficio habens tres sententias conformes sive rem judicatam, item relaxatas executoriales condemnato non citato in executione nec servatis quatuor terminis solitis servari in curia Romana, de quibus per *Cassad. d. decis. 6. Vestrili. 8. in tit. de execut.* & non dicitur aliquid attentasse si missus fuerit in possessionem per electum executorem executorialibus aliter non intimatis, vel propria authoritate acceperit possessionem, † quia parti committi potest quod propria autho-

authoritate ingrediatur in possessionem rei sibi adjudicatæ, licet communis modus sit per executorem sec. *Bart. in l. juste possidet ff. de acq. poss. & in l. finita. §. Iulianus col. v. ff. de damn. inf.* & adversarius constitui potest nuntius ad citationem de re sua. *l. cum qui. §. si epistola. ff. de fur.* hanc quæ dicit esse conclusionem legistarum. *Abb. in cap. de cætero col. ult. de re judicat. & in cap. cum dilecti. de dol. & contum.* siquidem committeretur mera & nuda executio: secus verò si cum causæ cognitione ut *per Guliel. Cass.* ubi supra, item quia quando lapso termino deserta est appellatio ulterius non citato adversario sententia mandatur executioni ut per *Innoc. in cap. cum super de re judicat. Abb. in cap. cum causa de re judicat.* quod absque dubio procedit si Papa relaxasset mandatum executivum ut ibi per *Cassa.* qui præterea dicit quod Rota revocat talem possessionem, & quod coram D. Jacobo Simonetta conclusum fuit quod revocari non deberet.

¶ Item non fit contra jus, & ideo † non attentatur quoties judex appellanti statuit terminum ad recipiendum apostolos, item ad prosequendum appellationē, item ad docendum ne prosecutione juxt. *no. in c. personas ex. de app. in c. cum sit Rom. eo. tit.* quia † illa quæ veniunt ad faciliorē expeditionē causæ appellationis non dicuntur innovari ut per. *Abb. Imol. Franc. Dec. in cap. cum teneamur de appellatio.* §

¶ † Item si post appellationem interpositam timeatur de fructuum dilapidatione non dicetur innovare judex quid facit eos sequestrari, ut per *Spec. in tit. de appell. §. novissime. Vestrius lib. 8. in tit. de attentat. p. 152.* quod magis videtur procedere in terminis *cle. 1. de seq. poss. & fruct.* 7

8 ¶ † Item si esset timor fugæ debitoris, si judex faciat procedi ad capturam non dicetur innovare ut per *Ang. in l. nemo carcerem. in fin. C. de exact. tribut. Spec. in d. §. novissimè Abb. Franc. Dec. in d. ca. cum teneamur.* de *Appellat. Vestrius in pract. lib. 8. in titu. de attentat.*

9 ¶ † Item quotiescunque partis adversæ non interest aliquid innovari, tunc non habet locum titulus ut lite pendente & remedium attentatorum, ut per *Inno. in c. ex parte in verb. appell. de rescriptis Io. Monachus in rubr. ut lit. pend.* quos citat & sequitur *Rota 25. si reus & possessor. de rescr. in no. col. ij.* ubi in pulchro casu quidam reus, & possessor beneficii nullū jus habens in eo, ut quia generaliter illud erat reservatum, vel specialiter extra judicium appellavit à gratia sui adversarii quæ ex aliquibus causis dicitur ipso jure nulla & appellationem adversario intimavit & postea ante commissionem appellationis in curia impetravit novam gratiam super dicto beneficio inter cætera dicitur attentatum, respondetur quod non est verum, quia adversarii non intererat, quia gratia ejus nulla & non consideratur quod post poterat impetrare, & innovatio dicitur respectu juris, & possessionis partis, non autem impetrantis, & ibi subdit.

10 ¶ † Quod princeps poprie non dicitur attentare, quia est supra jus *cap. proposuit de conces. preben. & per Rot.* latius ubi supra.

11 ¶ † Item si inceptum sit litigare super uti possidetis civiliter deinde accedatur ad forum criminale non videtur innovari, quia actio civilis & criminalis descendens ex eodem facto non solum in diverso judicio vel foro intentari potest, sed & in eodem

dem libello, quia tendunt ad diversa super quibus quoque simul sententia fertur, ut late scribitur per *Ægid. Bellamen. decis.* 400. civilis & criminalis.

¶ † Item si pars jussu judicis ingressa est possessionem post sententiam in possessorio à qua secundum *Ægid.* constitutionem non licet appellare non dicetur innovare, quia lis est jam finita per sententiam, planè si post appellationem interpositam id fieret non esset innovandum quousque non constaret de re judicata expresse, quia constitutio illa *Ægid.* multas patitur declarationes ex jure communi, de quibus dixi in quibusdam consiliis meis in tali materia. 12

¶ † Item si pendente lite super rescissione contractus, vel super absolutione à juramento pars, quæ habebat constitutum possessorium in forma petat à judice se immitti in possessionem & fuerit immissa, non dicitur attentasse, quia facit id pro continuatione suæ possessionis habitæ per constitutum ut latè scribit *Paris. conf. ult. lib.* 4. † ubi videtur id ampliare, ut pro accessoriis ad ea, quæ competunt ante litem contestatam non dentur attentata, ut inquit ipse † si possessio naturalis accessorium sit ad civilem, licet contra opin. *Paris.* scripsisse videatur *Afflict. decis.* 131. & supra scripsi † idem esset si propter instrumentum in forma cameræ coram judice seculari relaxata executio fuerit pendente lite super absolutione à juramento quod asseratur instrumentum usurarium per prædicta. 13 14 15 16

¶ † Item si lata sententia in causa matrimonii judex à quo appellatum erat inhibeat partibus 17

tibus ne interim appellatione pendēte alteri nuberent, non dicitur attentare *glo. in verb. districtius in*
18 *cap. 2. de matrimo. contra contr. int. eccles.* † item si post sententiam de exequendo instrumentum in forma cameræ appelletur & per judicem ad quem inhibeatur non attentantur.

19 ¶ † Item si appellatione pendente judex à quo provideret ne possessor turbaretur in sua possessione. d. cap. cum teneamur ubi omnes de appel. quinimmo si in præjudicium possessoris appellatione interposita innovatum fuisset judex à quo ut attentatum revocari petere posset, ut per *Imol. Franc. & Dec. in d. c. cum teneamur.*

20 ¶ † Item si post appellationem post illatum gravamen judex à quo gravamen revocaret prout Judicum Rom. curiæ usum frequentem per repositiones *Vestrius in d. pract. & lib. 8. in tit. de attent.* testatur potest citare ad hoc gravatum appellantem & non solum revocare gravamen, sed etiam revocato gravamine ad ulteriora in causa principali procedere, ac si nunquam appellatum fuisset, *cap. si à judice de appell. in 6 cap. cum cessante. eod. tit.* ut per *Doct. in d. cap. cum teneamur.* ubi id procedere dicunt sive in judice ordinario, sive in delegato.

21 ¶ † Alii quoque casus in quibus lite pendente & post appellationem innovare jus permittit notari possunt ex scriptis per *Speculà in d. §. noviſſime*, & per *Doct. in d. c. cum teneamur* & ex iis, quæ infra tractabimus. Hic subjicio quod in supradictis casibus in quib⁹ lex judici permittit quod procedere possit non obstante appellatione, pars coram eodem comparere poterit pro conservatione suorum jurium, nec dicetur appellationi renunciare, ut per

Dec.

Dec. in d. cap. cum teneamus. & per *Vestrium in d. tit. & practic. ubi alleg. Rot. 287. licet appellationi in nov. de renunc. & appellat.* † Adverte præterea quod post emissam & executam citationem quicquid innovatur ex quo fiat præjudicium causæ venit per modum attentati revocandum, ut per *Bero. in c. quoniam contra num. 113. de const.*

SVMMARIVM.

1 *Si quid attentatur, aliter, quam lite pendente, quomodo revocetur. ibi remissive.*

2 *Tempus instantia licet non sit præfinitum de jure canonico, tamen si per decennium nihil actum fuerit, videtur liti renunciatum, & si post dictum tempus, ordinarius conferat beneficium, non debet collatio revocari, quasi attentatum exemplum ibi.*

3 *Lis non finitur, nisi per sententiam.*

4 *Remedium attentatorum, non habet locum, post rem judicatam nec finita lite modis, de quibus ibi. nu. 5.*

6 *Beneficium licet non possit cedi, neque renunciari, nisi in manibus ejus, qui potest instituere, & destituere, tamen liti, vel causæ, potest renunciari in manibus auditoris.*

Renunciatio ejus, qui habet jus in beneficio, valet, etiam si fiat in manibus notarii.

7 *Lis quando dicatur pendere per multa.*

8 *Ea non modo quæ post litem contestatam, sed etiam quæ ante, saltem post citationem, attentantur sine libello, ex puro, & mero officio judicis revocantur in statum pristinum.*

Differentia inter Rubr. ut lit. penden. & titulum de restitut. spoliat.

Litis pendentia quando non habeat locum, & quoad reum, & quoad actorem. 49.

Contumacia actoris major est, quàm rei.

9 *Remedium attentatorum competit pro revocatione spoliationis facta per adversarium, qui fecit committi causam auditori, contra absentem, & ante executam citationem eum spoliavit.*

10 *Executio citationis, an sufficiat, in ecclesia cathedrali, ad inducendam litis pendentiam, quoad revocationem attentatorum?*

11 Qualis debeat esse citatio contra reum, ad inducendam litis pendentiam? cum limitationibus, & ampliati & restricti, ut ibi per multa.

12 Lis. ut pendere dicatur, sex requiruntur, vide ibi.

13 Lis quando non dicatur pendere. 15. 19.

14 Lis pendere dicitur pluribus modis. 20. 21.

Citatio quomodo expediatur, tam in Curia Rom. quam extra, in omnibus causis.

Appellans in judicio, offendit ministrum legis, appellans extra judicium, offendit legem.

Mitius agitur cum lege, quàm cum ministro legis.

16 Citatio coram arbitro, vel arbitratore, vel delegato, inducit litis pendentiam. ratio ibi.

17 Citatio nulla, quos effectus pariat latè, ut ibi. & nu. 48.

18 Restitutio in integrum, adversus tres sententias, inducit litis pendentiam, quo ad revocationem attentatorum, quod remittit ad distinctionem carr. & ad scripta per Petr. Benint. in dec. 83. ut ibi.

22 Commissio causæ, litteris non expeditis, non tribuit jurisdictionem. & de veritate habentur regula usque per numerum 26.

Iurisdictio est lapis fundamentalis judicii.

27 Lis, an dicatur omnino sopita, stante rejudicata. multa hinc inde adducit, & concludit ut ibi usque ad nu. 44.

45 Res quando sit facta litigiosa, quomodo cognoscatur. 46.

47 Remedium reintegrandæ, quando habeat locum in laude.

Ad interrumpendam pacificam possessionem quid requiratur.

50 Sequestrum adpositum absque consensu partium, quid operetur.

Differentia inter sequestrum verbale, & in facto.

Sola productio libelli, vel positio inquisitionis, in actis, non inducit potentiam processus.

51 Quomodo intelligatur quod impetrans diversa rescripta, ad duos iudices, perdit causam.

Beneficium, quo casu potest esse, non litigiosum, & non pacificum.

52 Possessor, qui decernit citationem contra tertium, super beneficio, ut ibi, licet ipsam citationem per X. Annos non fuerit executus, non dicitur pacificus, ratio ibi.

53 Pos-

53 *Possessor triennalis, si confiteatur per literas suas se habuisse notitiam citationis contra eum decretæ, ante completum triennium, non per hoc minus pacifica dicitur sua possessio.*

Confessio tituli spoliati, per spoliatorem, facta in sua supplicatione, sufficit ad reintegrandum.

54 *Possessio pacifica triennalis, iam incœpta, an fuerit interrupta per appellationem extraiudicialem intimatam possessori, & postea desertam, vel litis pendentia inducta fuerit? multa ibi pro utraque parte.*

Practicæ Perusiæ circa præcepta facienda.

Lite pendente attentari quomodo, item quomodo lis dicatur pendere, item declaratio ad clem. fin. ut lit. pend. & alia in materia.

Caput VI.

LIte pendente propterea subdidimus in definitione, †quia si attentetur aliter, quàm lite pendente id non revocatur per remedium attentatorum, sed secundum diversitatem casus per diversa remedia quorum pleraque ponit *Franc. Rip. in cap. sæpe. de restit. spol.* & novissime *per Menoch. in tracta. de recup. poss.* 1

¶ †Hinc dictum est quod si lis fuit inchoata super beneficiis, & post cessatum ultra decennium quod in ea nihil fuit actum si ordinarius conferat juxta *clem. 1. ut lit. pend. & cap. 1. eo. tit. in 6.* non debet revocari quasi attentatum, quia licet jure Canonico præfinitum non sit tempus instantiæ, tamen si nihil agitur per tantum tempus videtur liti renunciatum, ut late sentit *Gulielm. Cassad. decis. 1. ut lit. pend.* ut in simili legitur quòd per ne- 2

gligentiam decennii amittitur possessio, *ut in l. peregre. §. quibus. ff. de acquir. poss. Abb. in cap. contingit col. 4. de dol. & contum. in l. rem quæ nobis. 2 q. prin. ff. de acq. possess. glo. in l. 1. C. de ser. fug.* facit quod talis videtur diffidere de jure suo, & videtur sequi *Octav. Vestrius in pract. lib. 8. in ti. de attent pa.* 159. ubilis erat super possessione quasi quòd secus sit si super proprietate.

¶ Contra prædicta tamen allegatur *Rot. 10. si lite pend. & nu. 3. ut lit. penden. in no.* ubi dicitur quòd
3 Rota tenet † litem non finiri nisi per sententiam, sed certè, responderi potest quod non habuit respectum ad negligentiam, sed ad finiendam litem per mortem uti ibi casus erat, item in casu Rotæ facta erat prosecutio per actorem, & reum.

¶ Lis quoque cum dicatur finita per rem judicatam sequitur † quòd post rem judicatam non habet
4 locum remedium attentatorum, ut videtur allegari posse prædicta *Rota x. si lite pendente ut lit. pend. in no. Cassad. decis. 5. ut lit. pend.* expressius *Vestrius in pract. lib. 8. in tit. de attent. col. pen.* ubi alleg. *Rota. 411. in not. Mil. in repert.* in verbo lite pendente *Staphil. pag. 164.* Unde si ad practicam id reducatur, si actor contra quem est res judicata spoliat reum agetur remedio ordinario non autem super attentatis. quod multo magis procedere videtur si se intrudit cum possessio vacet ut in casu *Rot. x. ut lit. pend. supra alleg.* Reus verò possidens si pro se habeat rem judicatam multominus dicetur innovare.

5 ¶ † Finita quoque lite per cessionem, vel renunciationem, transactionem, vel compromissum juxt. l. postquàm liti, *C. de pact. cap. veniens. ext. de jurej.*

jureju. non habebit locum remedium attentatorum, sive in spiritualibus, sive in prophanis, ut scribit *Vestrius in d. loco. col. si pag.* 160. *ubi allegat. Rot.* 677. in antiq. namque (quo ad beneficialia † licet cedi, aut renunciari non possit beneficium nisi in manibus ejus, qui potest instituere & destituere, tamen liti causæve potest renunciari etiam in manibus auditoris, ut per *Rot. pen. de renunc. in antiq. & 5. & 13. eod. tit. & Rot. 6. de renunc. in not. Felyn. in c. auditis. num.* 18. *de præscr. Staphil. 3. part. fol.* 69. & *facit* ratio, quia renunciatio ejus, qui habet jus ac rem in beneficio valet etiam si fiat in manibus Notarii, ut per *Rot.* 14. *col. fin. de renunc. in antiq.* quomodo autem per mortem in beneficialibus lis finiatur, ut non habeat locum remedium attentatorum scribit *Vestrius* in supra citato loco. 6

¶ † Quando autem lis dicatur pendere in materia ita terminatur *in clem. fin. ext. ut lit. pend.* cum lite pendente nihil debeat innovari, litem quo ad hoc pendere censemus postquam à judice competenti in ea citatio emanavit & ad partem citatam pervenit vel per eam factum est quominus ad ejus notitiam perveniret, dum tamen in citatione prædicta talia sint expressa, per quæ plenè possit instrui super quibus in judicio convenitur. Ad hanc clem. glo. cum lite pendente) declarat quando lis pendere dicatur, quod not. *Host. capit.* 1. *eod. tit.* ubi dicit quod lis pendet non solum ea contestata, sed etiam libello principi oblato. *C. quand. libel. princ. dat. l.* 1. & fortius ex quo est impetratum *de appel. cap. suggestum*, & fortius ex quo negotium est commissum *c. causam. 2. de testib.* & fortius fa- 7

cta citatione *de offic deleg. cap. gratum* per quæ ibi
8 dicitur ſecurè tenendum, quòd † non ſolum ea, quæ poſt litem conteſtatam, ſed etiam ea, quæ ante ſaltem poſt citationem attentatur ſine libello ex puro, & mero iudicis officio revocantur in ſtatum priſtinum *alleg. cap. cum m. de conſtitut. cap. ad diſſolvendum de diſpenſa. impub.* de quibus non poteſt dici quòd lis fuit conteſtata, & in hoc differt *Rubr. ut lit. pend. à titulo de reſtit. ſpol.* quia hic de plano proceditur. ibi verò offertur libellus, unde facto præcepto de non moleſtando eodemque revocato, non reproducto in formam petitionis, videtur, quod non habeat locum litis pendentia, quia licet præceptum habeat vim citationis, tamen quando eſt facta revocatio iam euanuit illa citatio, nec videtur induci litis pendentia in tali revocatione reſervato iure videndi locum. Item partibus factum fuit ſequeſtrum, & eodem revocato pars fecit citari adverſarium in partibus ad comparendum in curia in tali cauſa, vel cum ſuis iuribus & poſt fecit exequi quandam licentiam cuius occaſione ſimpliciter factum erat ſequeſtrum, certe non eſt litis pendentia, quia ſequeſtrum præſupponitur revocatum & citatio non emanavit à competenti, licet in partibus conſuevit quòd generaliter baiuli faciunt citationes ſine alia commiſſionem. idem dicerem ſi partes fuiſſent invicem contentæ deveniendo in curia majori. Sed & ſequeſtrum, & præceptum ita demum facient litis pendentiam de non revocari. loquimur ſi habent clauſulam iuſtificatoriam, quia tunc vim citationis habent alius ſolius præcepti quòd timendum eſt interim. Ve-

rum

rum ea, quæ dicuntur *in d. clem. fin.* procedunt quoad reum, namque quoad actorem lis penderet, ut inde attentata revocari possint, dicitur quando post impetrationem, & præsentationem rescripti per judicem decreta est citatio, licet ea non pervenerit ad notitiam rei, sive citatio non fuerit legitimè executa, quia actor qui scivit, vel scire debuit. Et de materia & regul. de judicando literis non expeditis *Gomes. in compend. utri. sign. ad reg. cancel. pag.* 121. quid enim si hæc omnia per procuratorem facta fuissent de prædictis actor jure non prætendit ignorantiam juxt. *no. in l. quod te. ff. si cert. pet.* non debet ulterius certiorari *cap. eum qui. de reg. jur. ca. ab excommunicato de rescript.* & major est contumacia actoris quàm rei, ut per has rationes scribit *Rot.* 6. quod dicitur *ut lit. pen. in no.* 4. *eod. tit. in aut.* 11. *de dolo & contum. in antiq. Bisignet. decis.* 2. *de appellat. in antiquior. Paris. consil.* 45. *colum. fin. lib.* 4. ubi alleg. *Roman. consil.* 348. *circa primum col.* 2. *Felyn. in cap super literis num.* 31. *de rescript. Afflict. decis.* 220. *in causa num.* 13. *Ægid. Bellem. decis.* 380. si faciens committi, † ubi si faciens committi causam audi- 9
tori contra absentem ante citationem executam spoliaverit adversarium sit locus revocationi per remedium attentatorum. Idem scribit *Ægid. Bellem. decis.* 545. *si pendente Staphil. pag.* 44. Vestrius *in practi. lib.* 8. *pag.* 158. *ubi alleg. Rot.* 425. nota utrum lite pendente in antiquis. Item circa prædicta advertendum putarem, quia supradictæ auctoritates videntur innuere quod sola impetratio & præsentatio rescripti non sufficiat quinimo nec postulatio pro citatione, ut videtur quod sufficiat

decre-

decretum citationis licet adhuc non expeditæ, & non extractæ per notarium, quæ si vera, sunt notanda.

10 ¶† An autem executio citationis in ecclesia cathedrali sufficiat ad inducendam litis pend. quoad revocationem attentatorum, vide per *Dec. cons.* 11 460. *nu.* 24. †Q. ratione rei qualis debet esse citatio quæ contra eundem emanat ad induendam litis pendentiam? certè debet esse talis per quam citatus instrui possit de his, super quibus ab actore convenitur, ut dicit *tex. in d. clem fin.* & Vestrius *ind. lib.* 8. *suæ pract.* ita ut citatio forsitan debeat continere petitionem cuius, & cuius rei, & coram quo, & forsitan etiam insertionem rescripti, ut infra, sed videtur ex eadem clem. sufficere citatio quovis modo emanata à iudice secundum quod eadem clemen. loquitur generaliter, ut videatur sufficere citatio ad dicendum contra commissionem dummodo, ut inquit *tex. in d. clem.* talia ibi exprimantur per quæ certioretur citatus, de quibus in iudicio convenitur, & citatio ad videndum inhiberi dicitur sufficere. Hæc tamen vera sunt nisi reus citatus apprehensus, & citatus fuerit Romæ in Curia ve, quia tunc ad inducendam litis pendentiam sufficit sola citatio per cedulam præsentatam per cursorem, ut in curia fidei consuevit, quoad omnes effectus litis pendentiæ inducendos: & ita stylus curiæ circa hoc dispensavit ea ratione, quia in Curia apprehensus habet comoditatem de omnibus se informandi, ut per Vestrium *in pract. lib.* 8. *in tit. de attent. & ibi idem* Vestrius dicit, quod citatio quoad litis pendentiam, sed afficit à die, quo sibi fuerit præsentata, vel stetisset per eundem quo minus

nus ad eum citatio perveniret, ut dicit *tex. in d. clemen. fin. ut lit. penden.* sed ante secutam relationem non explicat, quod tamen ipse admitterem per d. clemen. si post relatio sequeretur in termino tamen ut infra. Et nota quod si per iudicem alias competentem emissa esset citatio & executa etiam sine libello fit litis pendentia quoad attentata secundum *Manfred. concl. 9.* quod restringerem saltem informato superiore, & facta innovatione per pacem ex industria super attentatis; namque delegatus debet inserere resumptum in citatorio, ordinarius verò habet confusionem circa attentata, quia super aliis forsitan erat citatio, idem dicerem si in citatione exprimeretur causa, vel si esset causa generalis.

Iuxta hæc advertendum est quod licet citatio legi timè executa quoad reum inducat litis pendentiam ut interim nihil innovetur, tamen præter ea requiritur quòd facta fuerit relatio per nuntium de citatione, quia aliàs iudici non constaret de citatione facta. *l. hæc autem. §. j. ff. quibus ex caus. in poss. ea.* & ita scribit *Cardin. Zabar. in dicta clemen. fin. q. vlt.* & sequitur *Franc. Rip. resp. 2. in sequendo. in tit. de constitut. in decretal.*

Quinimmo præterea ibidem *Franc. Rip.* subdit quod observatio prædictorum non sufficit nisi facta relatione pars ad cuius instantiam emanaverit citatio compareat in termino citationis, & accuset contumaciam non comparentis quia aliàs citatio circumducitur. l. ad peremptorium. ff. de iudiciis. ubi *Bald. & Pau. Castr.* & facit *tex. in cap. 1. de dolo & contum. lib. 6.* æquè si pars extra terminum comparet frustra agere videtur.

His

His addendum est, quod si prædicta omnia essent servata præterquam quod relatio fuit præsentata post accusationem contumaciæ in termino, & litis pendentia non fuisset inducta, quia relatio post accusationem contumaciæ nihil operatur, de quo cogita propter *d. clem.*

12 ¶ *Guido* Pap. autem dicit quòd ad hoc † ut lis pendere dicatur sex requiruntur. Primo quòd emanaverit citatio. Secundo quòd à competenti iudice.

Tertio quòd ad citatum pervenerit, vel per eum steterit quominus ad eius notitiam perveniret.

Quarto quòd plenè per eam possit instrui ad quid citatus fuerit. Quinto quod citatio sit apta. Sexto quod nuncius sufficienter intimaverit citationem ut hæc probantur *ex tex. & glo. in d. clem. fin.* & ex scriptis *per Zabar. ibi.* & latius hæc prosequitur *Guido Pap. decis.* 488. lis non dicitur pendere, & ad prædicta videnda sunt *not. per Felyn. in c.*

13 *super literis nu.* 31. *& seq. ext. de resc.* ubi dicit † quod per citationem factam non inducitur litis pendentia nisi per eundem explanetur tenor citationis declarans hoc verum esse ubi in partibus decernatur citatio, non autem in curia, quia ibi facile citatus certiorari potest, item non inducitur litis pendentia quando citatio, & impetratio facta fuerit eadem die, ut per *Rot. pen. ut lit. pend. in no.* quia ignoratur utra præcesserit & ita *d. clemen. fin. Rot.* prædicta declarat, ut non procedat quoties ignoratur utra præcesserit impetratio rescripti an citatio. Ex his si rescriptum fuerit signatum in præsentia partis non propterea dicetur lis pendere, & multo-

mi-

minus si pars citata ad videndum signari rescriptum non comparuerit. Et nota quod licet contra regulam, quæ cassat commissiones faciendas super beneficiis per gratiam apostolicam, quibus non sunt literæ apostolicæ confectæ, & processus desuper factos, tamen impetrantur per cautos procuratores commissiones: sæpe cum clausula quod eisdem non confectis procedatur dummodo expediantur intra terminum ad articulandum, & quod tales supplicationes non aliter signantur, quàm dummodo tale beneficium non fiat litigiosum ut per *Staphil. de commiss. lit. in col. 3.* sed an propterea servato termino ad dicendum contra commissionem ad libellandum, vel ad iurandum, de calumnia dicetur lis pendere? & *Staphil.* ubi supra sentit quod sic. quia dicit per dictionem implicativam etiam quo addictum beneficium litem non pendere, unde revocari non potest alienatio per modum attentati, quod alias concederetur sec. *Staphil.* ubi supra & ibi subdit, quod in supradicto casu inducitur litis pendentia quo ad actorem, & citationem declararet nõ executam ut ibi per eum.

¶ † Aliis modis quoque lis dicitur pendere ut 14
per libelli oblationem. Secundo per appellationem. Tertio per relationem sive consultationem. Quarto per iudicis recusationem. Quinto per in integrum restitutionis postulationem, ut per eundem *Guid. Pap. dec. 336. in declaratione & per apostil. ad d. decis.* ejusdem *Guid. Pap. decis.* 488. ubi additur, quod per impetrationem judicis lis dicitur pendere, & per commissionem, & subditur hæc vera esse quo ad impediendam impetrationem. quo ad revocationem attentatorũ verò requiri citationẽ, sed

de

de illo videndum est per *Felyn. in cap. caterum, & in cap. super literis ext. de rescript. & per Afflict. decis. 220 in causa, Domini Ioannis num. 13. & sequen.* & ex prædictis, per commissionem de speciali mandato Papæ non dicetur lis pendere, licet quo ad procuratorum secus ut per *Rot. 13. decis. 477. rescript. ant.*

¶ Quomodo autem citatio tam in curia, quam extra curiam Rom. expediatur, & quomodo per edictum tam in causis prophanis quàm ecclesiasticis scribit *Guliel. Cassad. decis. 1. de appellat.* & per Vestrium *lib. 4. in cap. de citat. extra cur. & cap. seq. & ex* prædictis videtur quod per citationem vel præceptum ad inducendum signari commissionem non inducatur pendentia quo ad attentata.

15 ¶ † Appellatio extraiudicialis non inducit litis pendentiam nisi secuta legitima intimatione, ut locum habeat titulus ut lite pendente, & remedium attentatorum licet secus sit in appellatione iudiciali ut scribitur per *Rot. 69. sciendum est de appellat. in antiqu.* ubi reddit rationem diversitatis, quia appellans in iudicio offendit ministrum legis, appellans vero extra iudicium offendit legem & mitius agitur cum lege, quam cum ministro legis. *l. Celsus ff. de arbit.* etsi responderi possit quod iudici per appellationem non fit iniuria *sec. Archidiac in cap. venerabilis super verb. spectat. de senten. ex com. lib. 6. & Innoc. in cap. cum speciali versi. cum iudice. de appella.* & ita opinionem *Rot.* sequitur *Cassad. decis. 1. de appel.* & ibi remissivè quomodo revocanda veniant attentata post appellationem extraiudicialem, & de differentiis inter appellationem iudicialem & extraiudicialem, & quid sit appellatio extraiudicialis sed hoc latius infra tractabitur.

¶ † Ci-

¶ † Citatio coram arbitro, vel arbitratore vel 16
coram delegato inducet litispendentiam, quia videntur eis omnia concessa sine quibus jurisdictio expediri non posset. *l. 2. ff. de jurisd. om. jud.*

¶ † Citatio nulla non operatur litis pendentiam 17
juxta terminos d. clem. fin. ut lit. penden. & scribitur per *Dec. consi. 460. num. 28. Vant. de nullit. in tit. quot. & intra qu. temp. ut in* simili ad perpetuam jurisdictionem sec. *Archidiaconum in cap. non ita in princ. 2. q. 6. Paulus Castrensis in l. 1. §. 1. ff. de feriis*, & præscriptionem non interrumpit. *l. si pater. C. ne de stat. defun.* item non inducit malam fidem quando ex tali actu nulliter gesto quis plenè instrui non potest, ut per *Bald. in auth. offeratur col. pen. C. de litis contest.* item pacificam possessionem non interrumpit, ut per *Gomes. super reg. de annal. q. 45. Afflict. decis. 366. in fi. cum similibus.* quæ late prosequitur *Vantius* in supra citato loco, & an ex processu nullo inducatur litis pendentia posuit *Afflict. in constit. regni in tit. de exord. prap. jud. & in constit. de al. ter. col. 1.* & videtur quod nõ ex prædictis. ex hisque citatio hujusmodi coram judice incompetenti vel non judice non operatur effectum ad attentata, si quidem oppositum fuerit de incompetentia, vel aliter de ejus incompetentia declaratum, ut in *l. 2. ff. in jus voc. ut eant. cum sim.* Item sequestratio fructuum præsertim per judicem incomperentem, item de his & hujusmodi per *Gomes. in reg. de anna. possess. q. 45. & seq.*

Restitutio in integrum quoque adversus tres 18
sententias inducit litis pendentiam quo ad revocationem attentatorum, in quo *Antonius Canarius in tract. execut. instrum.* sive *guarentigia colum. 20. ver.*

21.q. distinguit aut loquimur de executione facta ante petitam restitutionem, aut fiendam. Primo casu non revocatur executio facta infra tempus infra quod poterit in integrum restitutio peti, & in hoc differt ab appellatione, qua interposita revocantur attentata infra tempus, infra quod licuit appellare per viam attentati *cap. non solum de appell. lib. 6.* Secundo casu aut executio est revocabilis, & tunc aut non offert se paratum incontinenti probare & non impeditur executio, aut offert se incontinenti probaturum, & tunc aut loquimur adversus sententiam latam per principem & non impeditur executio si executionem petens caveat in casu, quo succumbat ut in cap. suscitata ext. de restit. in int. aut loquimur in aliis sententiis, & tunc aut est præsumptio pro sententia, & idem ut *in d. cap. suscitata sec. intellectum Hostien.* qui intelligit de alia præsumptione, quam ea, quæ insurgit ex actis, aut non est præsumptio pro sententia, & putat quod in integrum restitutio impediat executionem & fiat locus remedio attentatorũ. Quando autem est irrevocabilis executio, tunc inducitur litis pendentia per restitutionem in integrum, de his tamen cum requirant altiorem indaginem remitto me ad scripta per *Petrum Benint. decis.* 85. dubitatum in quadam causa per test. ubi reus est præsens in cautione ad litis pendentiam non requiritur inseri præscr. *Vestr. lib. 4. c. 1. pract.*

19 ¶ † Si lis moveatur fictitiè & simulatè & in fraudem attentata eorumque remedia locum non habent ut per *Bisign. de rer permut. decis. 2.* si lis moveatur super una re quomodo fuit litigiosa, quo ad aliam vide distinct. *Bart. in l. fi. C. de litig.* super quo latius insistere possem. ¶ † Sed

¶ † Sed lis super nullitate, & super attentatis fa- 20
cit litis pendentiam quoad innovata, quia in tali-
bus accommodari possunt termini *tit. ut lit. pend. &*
c. non solum. de appel. lib. 6. cum simil.

§ † Per comparitionem tertii quomodo induca- 21
tur litis pendentia ut sit locus attentatis. *Afflict. dec.*
366. in pleno & ibi quando circumfunditur citatio,
vel est processus nullus, vel citatio est nulla.

¶ Circa prædicta quoque notandum est, quod
est regula quædam Cancellariæ in qua cavetur † 22
quod commissio causæ literis non expeditis non
tribuit jurisdictionem: unde sunt qui dicant ubi sit
casus & observantia regulæ ex quo literæ non sunt
expeditæ non tribui aliquam jurisdictionem judici:
& per consequens nullam indui litis pendentiam,
unde nec concludantur attentata, quia jurisdictio
est lapis fundamentalis judicii, & suadetur ex *cap.*
super eod. extra de appell.

¶ † In contrarium tamen scribit *Gomes in regula* 23
de subrog. q. 3. hoc est per commissionem, & citatio-
nem decretam, & executam litem induci, & bene-
ficium effici litigiosum quoad partes, licet quoad
perpetuandam jurisdictionem judicis sufficeret so-
lum decretum *juxta glo. in c. 2. ut lit. pend. & Abb. in c.*
fi. col. fin. de offic. deleg. ut executio, & notitia citatio-
nis sit illa, quæ constituit duos colligantes, & regula
quod literis non expeditis non tribuatur jurisdi-
ctio procedit quando opponeretur de regula ad
impediendum judicem ne procedatur ad ulteriora,
in quam sententiam facit, quia aliás non esset ne-
cessarium scribere per signaturam dummodo ante
terminum ad articulandum literæ expediantur: &
quod interim beneficium non censeatur litigiosum

etiam quoad effectum regulæ de subrogandis. Item quia per commissionem & citationem etiam literis non expeditis adeo beneficium efficitur litigiosum quod citatus non potest postea regula de triennali juvari.

24 ¶ † Tandem *Gomes.* ibidem adhæret primæ opinioni, quod literis non expeditis jurisdictio non detur ea per consequens beneficium non fuit litigiosum, quia ex oppositione de dicta regula de expediendis literis omnia reddentur retro nulla, & quia clausula illa dummodo non fiat *litigiosum* venit ad clarificandum, item diversitas est inter regulam de biennali, & litigiosam, quia ibi pacifica possessio inspicitur.

25 ¶ † In quam sententiam idem *Gomes.* ibidem adducit quod etiam facit in proposito, quia Rota voluit litem motam per non habentem mandatum, tamen ratificatam per dominum post mortem collitigantis, non proficere ad effectum istius regulæ quæ requirit veram litem: Immo fortius non proficere etiam, si ratificata esset post sententiam ante obitum collitigantis per ea, quæ dicit *Rot. 1. de procu. ant. Cald. in c. cum olim. de offic. deleg. Felyn. in c. causam. 1. in col. pen. de judi.* inducendo quod si in hoc casu ubi aliàs communis opinio tenuit valere ratificationem quoad introducendam veram litem. Rota tenuit non sufficere, ergo multomagis in præcedenti.

26 ¶ † Et subdit idem *Gomes.* quod licet ubi nulla est illi non sit dare collitigantem, tamen bene dicunt adversarii ut scribit *Decius in c. 1. in 2. not. de judic. & in c. cæterum. de resor. & idem Gomes. ibidem q.* 12. ubi quosdam casus tangit in quibus non datur colli-

collitigium, ut si ego ago contra Titium & Titius super jactationibus contra Joannem Joannes mihi non est collitigans. sic si ago contra duos reos, ii intra se non sunt collitigantes, sic si Titius & Gajus super eodem beneficio me trahant ad diversos judices illi invicem non sunt collitigantes, quo ad effectum regulæ de subrogandis, quæ si trahantur ad materiam attentatorum sunt pulcherrima.

¶ Hic intendo examinare pulcherrimum punctum † utrum stante re judicata lis dicatur omnino 27
sopita, videtur quod sic. quia *Bald. in addit. ad Specu. in rub. deceſſio. act. in princ.* dicit †quod actio judica- 28
ti cedi potest, quia non est amplius res litigiosa lata sententia, sed resp. 1. quod stant hæc simul† quod 29
res non sit litigiosa, & tamen durent aliqui effectus litis ad effectum impediendi pacificum possessorem ut per *Ant. Butr. in. c. 1. de confir. util. vel inut.* ut
in simili beneficiũ non desinit esse litigiosum, ubi li- 30
cet quis absolvatur ab observatione judicii *Innoc. in c. causam quæ de testib. Bart. in l. litigator. C. de fru. & lit. expen. Bar. in l. fi. ibi hodie vero. C. de lit.* Secundo 31
resp. ut dictum *Bald.* intelligatur quando est sententiarum, facta res judicata & executio, ut per *Gomes. in reg. de annali. q. 44.* sed istę rationes non enervant *d. Baldi.* quo ad quæstionem suprapositam

¶ †Secundò alleg. *Rot. 10. in tit. ut lit. penden. in no.* 32
aliás 411. quæ communiter ad hoc solet allegari quod lis finitur per sententiam *Gomes. in d.* loco respondet ut supra quod intelligitur de sententia executa. Secundo quod nihil allegat pro tali opinione de quo per *Millum in verb. litis pendentia & lite pendente.*

Tertio magis ad rem nostram & in terminis al-

legatur *decis. fi de cauſ. poſſ. in no.* quam ſequitur Millus in verb. attentatum cum quibus videtur concordare *Ægid. deciſ. 466. & Rot. 102. & 344.* licet
33 in cauſa quæ dicit quod non dicitur attentatum quando poſſeſſio cum legitimo titulo etiam propria authoritate capitur *Gomeſ.* ubi ſupra dicit quod tales deciſiones habent practicam in contrarium, quod non reſolvit quia nos diſputamus in puncto
34 juris, ſed reſponderi poſſet quod evenire poteſt,† quod ſubſit lis & tamen non ſit attentatum, quia materia attentatorum habet varios ſinus, receſſus, & anfractus.

¶ † Quarto adducitur *cap. 1. de lit. conte. in 6.* ubi
35 videtur innui quòd exceptio rei judicatæ, ſit excep. litis finitæ, ſed reſpondetur quod text. ille retorquetur, quia facit differentiam inter exceptionem rei judicatæ tranſactionem, & litis finitæ.

¶ Pro contraria opinione, in quam inclinaſſe Rotam Romanam ſcribit *Gomeſ. in reg. de annali poſſeſſ. d. q. 44.* Primo† quia licet ſententia tranſiverit in rem judicatam, tamen adhuc remanent quæ-
36 dam reliquiæ, ut quia delegatus exequi poteſt infra annũ *ut in c. quærenti de offic. dele.* † item datur actio
37 in factum, ſive judicati, ſive officium judicis, pro quibus expediendis, adhuc neceſſaria eſt quædam tela judiciaria & ita hanc opi. tenet *Ioannes Faber in l. 2. c. de litig.* & per *Iaſ. in tit. de act. in princ. colum. 7.* & perfectum non dicitur illud, cui adhuc deeſt aliquid agendum. *l. fi. C. ad Silla. Doct. in l. Titia. ff. de*
38 *verb. oblig. ad hæc l. inter ff. de arbitris.* † ſed reſpondetur quod prædicta non veniunt, ut litis reliquiæ, ſed quia eſt alia lis, ſive ordo, (namque in executivis ſatis commode,) lis non cadit.

Secun-

Secundò † adducitur *text. in c. 1. junctо. §. fi. de except.* 39
lib. 6. in eo quod ponit exceptionem excommunicationis, opponi posse, in quacunque parte litis. &
in §. *fi.* dicit quod † etiam in executione opponi po- 40
test, sed retorquetur in contrarium, quia si veniret
litis appellatione, non erat inferius exprimendum.

¶ † Tertio adducitur, quia in Rota observatur, 41
ut videatur attentare ille, qui innovat etiam post
intimationem executorialium, si non fuerint servati quatuor termini. de quo per *Gomes. in d. reg. de ann. q. 44. & Felyn. in c. ad probandum. col. 4. de re jud.*
sed respond. † quod hæc est observantia. item quod 42
attentatum est, non quia non sit finita lis prima, sed
quia speratur secunda.

† Distingue aut de prima lite, aut secunda executiva. de secunda si est incepta non dicitur finita, si 43
non incepta, multominus de prima, aut quoad actorem aut quoad reum, quoad reum, aut de jure
est decisum, & tunc aut in totum, aut in partem, &
hoc casu, quoad non decisa superstit, ut in possessorio, & petitorio, & hoc in absolutoria, in condemnatoria, ut in actore, & tunc quoad instantiam,
& est finita in prima, aut quoad effectus inductos, per litem, & tunc secus, nec mirum videri
debet, † quòd finita lite remaneant effectus litis, 44
namque hoc idem videmus quoad effectus natos
ex lite per cursum triennii perempta, ut per *Doct. in l. properandum*, §. 1. *C. de judiciis*, & quoad effectus interruptæ præscriptionis hinc potest justificari opinio Rotæ quod dicatur attentatũ per illum
qui executorialibus non intimatis, vel non servatis
terminis processit ad capiendam possessionem. idem in annali possessore quoad pacificum sta-

tum ut per Gomes. uti supra, ubi tangit de triennali hæc eadem quoad *c. licet canon & c. ex eo de elect. li. 6.* induci possunt.

45 ¶ † Postremo ad cognoscendum quando res sit facta litigiosa. *Bar. in l. 1. & aut. ibi posita C. de litig.* distinguit aut agitur actione personali aut reali, aut mixta, si reali aut in ea contenditur principaliter de dominio, vel quasi, & efficitur res litigiosa per simplicem conventionem, ut *in d. auth.* & idem de ipsa actione reali, aut non contenditur de dominio, sed de alio jure principaliter ut in confessoria, negatoria, hypothecaria, & tunc res non fit litigiosa, sed ipsa actio per litis cõtestationẽ, si verò agitur actione personali, tunc nunquã res efficitur litigiosa sed fit litigiosa ipsa actio, sed hic nota ꝙ potest personalis ad rem, & videtur idem quod de mixta si mixta in universali tunc & hodie & olim erat litigiosa resecatis per solam controversiam, si particularis, tunc efficitur litigiosa res post litem contestatam una cum actione, ut per *Bart.* uti supra.

46 ¶ Nota circa prædicta † quod si accusatus pendente accusatione alienat res non fit litigiosa, ut per vitium litigiosi veniat revocanda, sed fiscus agit ex materia *l. post contractam. ff. de don. ad revoc. sec. Bal. in l. non solum. ff. de in integ. rest.*

¶ Nota quoque quod si laudum latum fuerit inter partes & forsitan acceptatum si post pars una innovet, ut in casu meo evenit vendendo quædam possessa per adversarium, & pro quo est laudum
47 cum hic sit acceptatum † videtur habere locum remedium reintegrandæ, sed si non acceptatum remedium attentatorum præsertim cum prius fuisset inter partes desuper litigatum quorum occasione,

ne hic tractari posset quomodo & qualiter sententia sive res judicata pro uno contra singularem successorem exequatur de quo satis bene per *Bart. in l. creditores nu. 22. de pign. C.* & ego brevitate studens non repeto.

¶ Citatio quoque † nulliter facta non inducit 48
litis pendentiam, ut nec si citatio fuisset male executa, quemadmodum in simili videmus quod citatio nulla non interrumpit præscriptionem, licet per solam notitiam malę fidei interrumpatur ut per *Bald. in l. cum notissimi §. immo. col. 2. C. de præscr. 30. anno.* sic citatio nulla non perpetuat jurisdictionem, ut per *Arch. in cap. non ita 2. q. 6.* sic citatio nulla vel male executa non facit quominus possessor dicatur pacificus, ut per *Gomes.* late in libro super regulis cancella. *q.* 46, & ibidem dicit quòd per citationem nulliter executam non inducitur turbatio ut sufficiat in uti possidetis, quinimo videtur sentire quod nec per immissionem in possessionem per judicem factam nulliter, sed fortitan in materia. l. diffamari. C. de inge. & manu, sufficit talis jactatio & molestatio, licet in supradictis casibus requiratur molestatio in fructibus, & per hoc dicebam quod bannum quod turbans in possessione vel accipiens possessionem sine authoritate judicis non comprehendebat illum qui solum per instrumentum acceperat possessionem & non expulerat colonos.

¶ † Per sequestrum quoque videtur, quod non 49
inducatur litis pendentia, ut in simili dicitur quod per sequestrum & salvamguardiam non privatur quis possessione pacifica, ut per *Bal. in l. ordinarii. colum. 4. C. de rei vendic. Bar. in l. 1. §. hujus*

interdict. ff. uti possid. quod communiter teneri dicit *Aret. in l. prætor ait col. pen. ff. de acq. hære.* quod ad interrumpendam pacificam possessionem requiritur perturbatio in perceptione fructuum. & *Card. in clemen. 1. in q. 18. de seq. poss. & fruct.* dicit † quod sequestrum adpositum absq; consensu partium non privat possessorem sua possessione quin ea utatur ad usucapionem & præscriptionem contra se & alium per *l. interesse ff. de acq. poss. Bartho. Cassad. cons.* 48. per tot. & latissime in effectu hoc concludens *Gomes. de annali poss. q.* 46. ubi dicit quod communis conclusio est quod per sequestrum judicis sine consensu partis non aufertur possessio, licet contra videatur sentire *Anch. consi.* 249. & Decius *consi.* 125. *col.* 1. quorum dicta videntur posse hac distinctione concordari, hoc est, quod ubi est sequestrum verbale, tunc non dicatur adimi possessio, sed quando ultra sequestrum venitur ad factum, hoc est quod fructus non restituuntur, & non permittitur fieri actus possessorius tunc videtur spoliari, vel turbari possessio.

Ad hæc facit quod notat *Ang. in l. 1. ff. de in jus. voc. & in l. libertus. eod. tit.* quod sola productio libelli vel positio inquisitionis in actis non inducit pendentiam processus, & refert *Fel. in c. ex tenore, col. 1. de rescr.* ubi voluit † quod licet impetrans diversa rescripta ad duos judices perdat causam, intelligitur si illis uti voluerit, & tangit quod in materia *l. si quis major. C. de transact.* usus non solum impetratio requiratur.

¶ Verum est quod stant ista simul, quod beneficium non sit litigiosum, & quod non sit pacificum, ut tangit *Gomes. in tit. de triennal. super reg. cancel. q.* 63. in

63, in eo qui impetraverat rescriptum dummodo ante terminum ad articulandum literæ expediantur, & interim non sit litigiosum, quia nihilominus potest esse non pacificus & in casu quo post rem iudic. literis executorialibus non obtentis accipitur possessio.

¶ Circa hæc non est prætermittendum † quod 52
possessor committens causam & decernens citationem contra tertium super beneficio, quòd possidet, quam citationem per decem annos executus non fuit, non dicitur pacificus, quia per commissionem cũ solo decreto citationis inducitur vera lis quæ operatur omnes effect⁹ quoad committentẽ causam, quos inducit lis executa citatione, & sicut reus habens notitiam citationis, nondum executæ veniens ad causam dicitur litẽ introducere, ita & talis, quia quoad se pro molestato se habet, ut hæc late scribit *Gomes. de trien. q.* 56. & ibidem *Gomes.* scribit quod prędicta procedunt etiam si reus contra quem emanavit citatio cessit liti, & causæ coram notario, quia hoc non obstante causam committens non dicitur pacificus, quia lis semel per commissionem introducta non perimitur nisi per sententiam executioni demandatam, vel per extinctionem Papæ.

¶ Verum tamen est † quod si possessor triennalis 53
confiteatur per literas suas se habuisse notitiam citationis cõtra eum decretæ ante completum triennium, nõ per hoc minus pacifica dicitur sua possessio, licet alias confessio tituli spoliati per spoliatorem facta in sua supplicatione sufficiat ad reintegrandum, de quo tangit *Gomes. de triennali, q.* 55.

¶ † Sed & an per appellationem extrajudicia- 54
lem intimatam possessori postea desertam, pacifica

possess-

possessio triennalis jam incepta interrupta fuerit, vel litis pendentia inducatur? Rota tenuit quod per talem appellationem pacifica possessio rumperetur, & quod per extrajudicialem appellationem induceretur litis pendentia, quia per appellationem extrajudicialem à principio parti intimatam legitima fit causæ devolutio ad curiam, ut per *Rot. 39. de appell. ant. Ægid. decis. 521.* & desertio dictę appellationis postea superveniens non potest tollere devolutionem ad curiam semel factam per quam possessio appellati interrupta fuit, quia appellatio extrajudicialis in causa beneficiali non interponitur solum, ut per eam reparetur gravamen, sed etiam principaliter ut causa ad curiam devolvatur, & hoc inducit principaliter intimatio dictæ appellationis quæ fit parti, & ideo licet reparatio gravaminis per desertionem cessare videatur non tamen cessat devolutio ut per *Ægid. decis. 520. Ægid. dec. 769.* licet per appellat. latissime scribit *Gom. de triennali. q. 54.*

Non obstat quod desertio facit quod non censeatur appellatum. *l. quoniam C. de appell.* & ideo deserta appellatione attentata non revocantur, quia hoc non impedit quominus sit lis quę in curia nunquam finitur nisi per sententiam donec & pronunciatum non sit super desertione manet lis, & dimittitur via aperta utrique parti ad procedendum in causa, nec obstat *decis. 1. de appell. no.* quod attentata post desertionem non revocentur, quia id procedit via extraordinaria & summaria, secus verò est in ordinaria & per litis contestationem & per viam justitiæ secum. *Franc. in c. sæpe col. 10. de appell.* vel quod ideo attentata nō revocantur deserta appellatione quia non fuit dictum de qualitate gravaminis alias.

Non

Non obstat *dec. 69. de appell. ant.* quod per appellationem extrajudicialem non inducatur litis pendentia, quia illa decis. intelligitur respectu potestatis conferendi vel eligendi de qua in *clem. 1. & 2. ut lit. penden.* ut per *Imol. & Card. Alex. in c. bona col. 9. de appell.* item illa constitutio procedit quando non fuit legitime parti intimata *Ægid. decis. 749.* de quo late per *Gomes. de triennal. q. 54.* & quod litis pendentia inducta per appellationem extrajudicialem & intimationem vel post desertionem non finiatur patet, quia appellatus potest agere contra appellantem & prosequi causam per audientiam contradictarum sine nova citatione ut *decis. 39. de appel. ant. & decis. 17. eod. tit. in no.* quia desertio appellationis quod fingatur non esse appellatum est inducta in odium appellantis non autem appellati, unde auditor datus super causa appellationis, & desertionis si reperiat bene judicatum & male appellatum & appellationem esse desertam potest pronuntiare bene processum, & male appellatum, & & sic primam sententiam confirmare & appellationem desertam declarare, quia de his omnibus constat. *Philip. Franc. in cap. ex ratione col. 20. de appel.* item auditor in causa appellationis absque alia nova commissione potest de desertione cognoscere & pronunciare appellationem esse desertam & confirmare si voluerit primam sententiam & condemnare appellantem in expensis, ut hæc & similia late prosequitur *Gomes. de trienna. q. 54* licet aliás per desertionem fingatur nunquam fuisse appellatum & sententia transisse in judicatum. *l. fi. §. illud de temp. appell. clem. sicut de appell. Dec. colum. 34. visa instructione col. 3.*

Nota

Nota quod Perusiæ est quædam practica, ut fiant præcepta sine sigillo, quæ revocantur etiam parte non citata, quia licet hoc factum sit, tamen adhuc remanent illæ reliquiæ litis pendentiæ, ut nihil sit innovandum: ecce enim dum inter duos contenditur de hæreditate, alter facit hujusmodi præceptum cui pensionario quod pensionem non solvat & claves non restituat alteri parte non citata revocatur tale præceptum & claves restituuntur certæ litis pendentia adhuc manet quia talia præcepta habent vim citationis, quæ non videtur revocata cum præceptum quoad pœnam & præceptionem videatur revocatum & non aliter. *fac.no.per Alexand.in l.de pupillo.§.meminisse.ff.de oper.no.nunc.*

SVMMARIVM.

1 *Dicta superius, de litis pendentia, quomodo procedant.ibi.*
Actor debet prosequi litem, contra interesse putantes, usque in finem.
Per audientiam contradictarum, sicut proceditur contra reum citatum, absentem, ita proceditur probata absentia procuratoris.

2 *Procurator si reperiatur in curia, habens sufficiens mandatum, post mortem litigatoris, is debet citari, omissis interesse putantibus, vel eis citatis ad cautelam ratio ibi, quid si non habet mandatum? num.3.*
Actor si obtinuit rem judicatam, & moriatur, & alius ei subrogetur, talis res judicata, ei non prodest, quoad non appellationem rei.

4 *Actor, nec reus, non debent propria authoritate sibi jus dicere.*

5 *Actor, mortuo reo, occupavit possessionem, & contra surrogatum petentem attentata revocari, opponit de lite finita in ejus favorem, quid juris? post multa adducit decis. Rotæ.num.7.*
Inducta ad favorem, non debent in odium retorqueri.

6 *Surrogatus, sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur quomodo intelligatur, ibi*

Aliud

Aliud est, vendere, aliud vendenti consentire.

Causa, semel in curia inducta non finitur, nisi per sententiam.

7 *Surrogatus prohibitus, admittitur ad litem prosequendam per decis. Rota, post multa, ut ibi num. 8.*

9 *Actor, si tacente reo occupavit possessionem, & ante inceptum judicium attentatorum, reus mortuus extet, surrogatus, videtur loco principalis.*

10 *Remedium attentatorum, an habeat locum respectu surrogati. si defuncto reo possessore, alius ab ordinario fuit inductus in possessionem, postea vero alius surrogatus est defuncto? vide ibi.*

11 *Superstes agere potest super attentatis, & petere possessionem supra scripti intrusi cassari, & ammoveri.*

12 *Consequens, ratione identitatis videtur idem operari, quod antecedens.*

13 *Beneficium reservatum, ita affectum est, ut omnia contra attentata, nullum juris, sortiantur effectum.*

14 *Remedium attentatorum, an habeat locum? si surrogatus ab alio, quàm pontifice, in locum rei prædefuncti, pendente lite, occupavit possessionem?*

15 *Altero, ex litigantibus defuncto, non debet procedi ad aliquam collationem, electionem, præsentationem, ne detur materia prorogandi lites, & ut ibi.*

16 *Surrogatus, non habet potestatem, objiciendi contra electionem actoris superstitis. ratio ut ibi.*

17 *Verus debitor, excludere potest creditorem, deducendo alienum debitum, ut ibi.*

18 *Dicta de reo, procedunt in mero reo, cum quo lis fuit inchoata, non autem in eo, qui contra legem, & in contemptum judicis, se intrusit in possessionem.*

Iudex ex officio suo nobili, & non ad instantiam parti, potest moveri ad faciendum revocari attentata, quia non solum jus partis, sed etiam reverentia judicis læsa est.

Attentata, revocata, respiciunt litium abbreviationem & utilitatem animæ surrogati.

19 *Successor in beneficio convenitur, ex eisdem actis, & in eodem statu, quo erat actor, cui succeditur.*

Mortuo

Mortuo uno ex litigantibus, in beneficialibus, quomodo lis pendeat, & dicatur attentari.

Caput VII.

1 Quæ diximus de litis pendentia † procedunt viventibus ipsis litigatoribus principalibus sed si casus eveniat quod unus ex eis moriatur civiliter vel naturaliter cum litigant super beneficio, videtur lis finita ut per *Cassad. decis. 3. nu. 6. ut lit. penden. Rot. 10. & 14. ut lit. pend. in no.* quia mortuo actore, cum eo moritur sua petitio, cum sit personalis. §. *deinceps in auth. de nupt.* ut lis videatur finita sine Simonia ut per *Ægid. dec. 156. Cassad. de re jud.* & scribit *Vestrius lib. 8. in tit. de atten. col. fi. Ro. 160.* ubi id intelligit per mortem actoris. secus per mortem rei, pro quo facit ratio suprad. *incip. item quia* actor debet prosequi litem contra interesse putantes usque ad finem decernendo citationes & processum per audientiam contradictarum contra quosvis interesse putantes ut per *Cassad. d dec. 1. de re jud. & dec. 6. mortuo altero. ut lit. pend.* ubi alleg. *Ægid. dict. decis. 156. & Ro. 8. in no. ut lit. pend.* Sed ut per audientiam procederet probata absentia procuratoris etiam recreationis gratia ut *Rot. 5. de jud. in no.* ex de processu contra absentem quædam *Guid. Pap. decis. 429.* procedi debet contra absentem eodem modo per audientiam contradictarum non proceditur contra reum citatum non comparentem. ut *Rot. 14. de dolo. & contum. in no.*

2 ¶ Quod † si mortui litigatoris, in curia reperiatur procurator siquidem is habet sufficiens mandatum debet omnino citari omissis interesse putantibus

vel

vel iisdem quoq; citatis ad cautelam, ubi enim certus erat contradictor illi is non est prætermittendus, & citatio non est facienda per edictum ut scribit *Geminia. in c. fi. col. 3. de elect. lib. 6.*

¶ Sin autem † is non habet sufficiens mandatum 3
omitti potest ejus citatio, vel ad cautelam citari potest ut per *Cassad. d. decis. 6. ut lit. pend.* vel eadem præfigi terminus ad docendum de legitimo mandato *sec. Rot. 18. de dol. & contum. in aut.* & ad cautelam & procurator de interesse putantes tentari poterunt per audientiam ut per *Cassad. d. decis. 6. ut lit. pend.* Sed si actor obtinuit tres conformes vel aliter rem judicatã & post moritur & alius ei subrogatus tales sententiæ ei non prosunt quoad appellationẽ rei ut per *Ruin. cons. 79. lib. 5.* ubi tangit etiam de fructibus quidem non ad heredes suos sed ad ecclesiam veniant.

¶ Hæc quoad actorem † procedunt quia ipse 4
debet obtinere sententiam & non propria authoritate sibi jus dicere *in cap. cum qui. de elect. in 6.* sed & quoad reum si ipse velit sententiam vel absolutionem vel adjudicationem debet servari idem modus procedendi ut scribitur fuisse obtentum & determinatum per *Rot. in dec. 1. de rejud. & decis. 6. ut lit. pend.* & ratio considerari potest, quia non sequitur defuncto non debetur ergo debetur superstiti *c. olim. de rescript.* respectu actionis considerari possunt fructus antea sequestrati quos habere actoris interest. & ita addiderat *Rot. 8.* in causa beneficiali *ut lit. pen. in no.* & ubi subdit quod sæpe quæritur de jure defuncti, ut succedere superstitib. *2. q. 1. can. in primis* & facit *Ægid. decis. 76. col. 3. & decis. 112.* surrogatus *Panormit. in cap. ex parte de arbit.*

ead. Rot. 14. ut lit. pend. in no. & quædam alia considerat. *Cassad. d. dec. 1. de re vidu.*

5 ¶ His stantibus † contigit quod mortuo reo actor occupavit possessionem, & in locum defuncti Titius est surrogatus, is recuperaturus beneficium dicit antedicta Domine revocetis attentata, quia prædecessor meus in cujus locum fui surrogatus possidebat, occupator dicit non attentavi, quia lis erat finita in favorem meum ne diceret attentasse, quid juris? hunc punctum posuit Rota. *& si lite penden. in tit. ut lit. pend. in no. alias decis. 411. in no.* ut eam alleg. *Vestrius in d. tit. de attent. col. fin. & Rot.* in supradicto loco facit duo capita, ut primo videt utrum lis dicatur incerta pendere, & quod non dicatur lis pendere primo arguunt quia rescripta sunt personalia & non extenduntur de persona ad personam *c. p. & g. & c. cum olim de offi. deleg.* ut mortuo uno, ex impetrantibus rescriptum ad lites revocatum videatur rescriptum *c. significavit* §. *ratione cur lit. manda.* Sed huic argum. respond. quod prædicta jura procedunt re integra. secus vero lite inchoata ante mortem, quia tunc potest superstes vel is cujus interest prosequi litem alleg. *c. 1. §. si vero alter ubi. gl. in clem.* & subdit Rota quod actor iste capiendo possessionem videtur litem voluisse prosequi. Sed replicari posset quod lis dicitur pendere in favorem prosequentis (quia & Rota putat quod si nemo prosequitur lis sit finita) unde inducta ad favorem non debent in odium retorqueri. *l. quod favore. C. de leg.* sed replicari potest quod in materia non est favor solius accipientis possessionem, sed et judicis, qui contemni & offendi videtur ut *Rot. 5. nunquid in tit. ut lit. pend. in antiq.*

¶ Pro

¶ Pro contraria facit † quod surrogatus sapit na- 6
turam ejus in cujus locum surrogatur. *l. eum qui. §. in juriarum. ff. si quis caut. §. fuerat instit. de actio.* sed rnd. quod sapit naturã ejus habito respectu à tẽpore surrogationis & surrogationis productionis in judicio, vel intimationis parti, ut in simili de appell. quia nõ debet trahi retro in prẽjudiciũ tertii ut ante prædicta non videatur attentasse, post sic, & ita videtur tenere *Ægid. deci. 545. Fel. in c. cum super. col. ult. de re jud. Cassad. dec. 1. ut lit. pend.* ubi ulterius dicit quod surrogatio gratiosa Pontificis facit litem pendere, perinde ac si viveret defunctus ille, licet secus esse dicat in mandato ad providendum sive surrogandum, quia ita demum illud procedere dicit si fuerit admista surrogatio adducens in simili quod aliud est vendere aliud vendenti consentire, sed & *Cassad.* non declarat utrum hæc surrogatio trahatur retro. Rota supradicta 10. videns has difficultates dicit alia ratione actorem istum ut supra occupantem non benefeciisse, quia aut occupavit propria authoritate, & perdit omnia jura, quæ habet in beneficio *per c. cum qui de præben. lib. 6.* aut authoritate apostolici quia forsitan is contulerat beneficium & possessionem eidem non dederat juxt. *c. pro illorum de præben.* quia facta commissione in curia inter actorem & reum defunctum ei fuerant manus ligatæ *per c. ut nostrum de appel.* Non obstat quòd lis dicatur finita (ac de hoc dubium sit) quia causa semel in curia inducta perpetuo ibi manet & nunquam finitur nisi per sententiam secundum Rotam, aut id fecit authoritate ordinarii, & eadem ratione, qua in Apostolico fuerunt eidem ligatæ manus per supradicta.

7 ¶ In secundo † utrum surrogatus prædictus petere possit prædicta revocari per modum Attentati Rota adhuc hæsitabat, videbatur enim quod lis penderet, & contra quòd esset finita, videbatur quod surrogati non interesset, quia ipse nunquam possederat, item quia non videbatur surrogatus ad possessionem, item conta quia videbatur interesse, quia sua intererat habere rem cum fructib. finitalite.

¶ Tandem in Rota determinatum fuit † quòd i-
8 ste surrogatus admitteretur ad litem prosequendam, judex autem ex mero officio suo amovere istum actorem occupantem à possessione, ut interim esset possessio vacua, quoad de juribus utriusq; partis cognosceretur ut si constaret de jure alicujus potioris, tunc iste mitteretur in possessionem, ut per Rotam in supradicto loco, quæ decisio videtur justificari ex *c. 1. & 2. ut lit. pend. & Rot.* sequitur *Manfred. concl.* 47. ubi alleg. contra *Ægid. dec.* 529. ubi præceptoria in possessionem adepta per subrogatum, non revocatur per modum attentati, & solvit quod in dicta decisione non erat lis super possessione, sed super aliis, & surrogatus non fuit ad totam causam: sed quoad præceptoriam (& videtur quod iste, ut supra) occupans, non modicum lucretur, quia suspendit possessionem adversarii, & fructum ex delicto primum consequitur, & contra surrogatus non debet conqueri, quia de jure ejus plene non constat. Quid enim si possessio sit surreptitia & patiatur objectus *Rota* in suprad. loco. sequitur Vestrius in *tit. de attentatis. ibi* 8. *colum. fin.* Sed † si actor
9 tacente reo, occupavit & ante inceptum indicium attentatorum reus mortuus extet? surrogatus videtur loco principalis.

¶ Hæc

¶ Hæc vera sunt, & procedunt in supradicto casu. Sed † quid si defuncto possessore reo, alius ab ordinario fuit inductus in possessionem postea vero surrogatus est alius defuncto, an habeat locum remedium attentatorum respectu surrogati? *Rota prælleg. c. ut lit. pend. in no. tenet.* quod non habet locum remedium attentatorum, quia inter istum surrogatum, & emissum ab ordinario, nunquam fuit lis, non quia fieri potuit, quòd possessor defunctus nullum jus haberet sed superstes, & ideo super attentatis in dicta Rota putarunt nihil esse innovatum. 10

¶ Verum dixerunt, quòd huic surrogato, competit remedium adipiscendæ possessionis, quæ non est danda, sine titulo. *juxt. no. in c. 2. & in cap. pastoralis, de cau. poss. & prop. & per Inn. in c. in literis, de rest. spol.*

¶ Dicit tamen Rot. ubi supra, † quod superstes agere potest super attentatis, & petere supradicti intrusi possessionē cassari, & amoveri, quod ipse verum putarem, ex *c. 1. & 2. ut lit. pend. in 6.* non ex remedio attentatorum, quia cum eo nullum fuit judicium ut sup. 11

¶ Nec obstat, quòd prędicta jura annullant contractus præsentationis &c. ut sentit *Ro. 10.* supra alleg. † quia ratione identitatis, & consequens videtur idem operari, quia adeo afficitur jus ex decreto appositio *in d. c. 1. & 2. ut lit. penden.* ut & possessio affecta dicatur ut sentit *Rota 5. nota nunquid. ut lit. pend. in antiq.* ut dicitur † de beneficio reservato, quidem ita affectum sit, ut omnia contra attentata nullum juris sortiantur effectum. 12 13

¶ Sed quid si non actor, † sed surrogatus in locum rei, ab alio, quam Pontifices prædefuncti occupa- 14

cupavit lite pendente indeciſa poſſeſſionem, an habeat locum remedium attentatorum, ut revocentur ante omnia, quæ fuerunt facta, videbatur quod non, quia cum ſurrogato hujuſmodi, nulla lis pendebat item quia ſi reo ſurrogatus fuit, reus poſſeſſionem habere debet, ergo & iſte debet gaudere beneficio poſſeſſionis.

¶ Contra tamen ſcribit *Rot. 5. nota nunquid, ut lit. pend. in aut. quia cap. 1. & 2. ut lit. pend. volunt.* † quod
15 uno ex litigantibus defuncto, non debeat procedi ad aliquam collationem, electionem, præſentationem, &c. ne detur materia prorogandi lites, decerniturq; irritum, quicquid contra factum fuerit, ita ut ex hoc decreto, afficiantur & jus & poſſeſſio quæ veniat retractanda ut ſupra diximus, per *dec.* 10.

¶ Sed videtur quod prædicta non procedant in ſurrogato à Rom. Pontifice, de quo prædicta capitula non videntur loqui, cujus ſuprema eſt poteſtas, ut in *cle. 1. in fi. ut lit. pend. & fac. deciſ. 1. ut lit. pend. Caſſad.*

¶ Quinimo ſupradicta *Rota 5. in antiq. ut lit. pend.*
16 voluit, quòd † iſte, ut ſupra ſurrogatus non habet poteſtatem objiciendi contra electionem actoris ſuperſtitis. quia *d. c. 2.* ubi contra quos, ut *lit. pend. in 6.* afficit omnino jura contravenientium ut ſecundum *Rot.* nec jus dandi objectus eiſdem contravenientibus remaneat, quia ſi aliter fieret, hæc eſſet materia calumniandi ad propagandas lites nempe objicere defectus. Sed forſitan reſponderi poteſt quidē eſt præſcriptus ſermo circa objectus, ut non ſit adeo propagabilis materia *juxta cap. ut una, cap. procurator de elec. lib. 6. & in c. concertatum de appel. in no.*

¶ Non

¶ Non obstat quod licet reus nullum jus habeat in beneficio, etsi per confessionem suam de hoc constaret vel aliter, vincere debet per non jus actoris, saltem ut ab ejus impetitione absolvatur, ut voluit Compostella *in c. mandatū. de rescript.* † & verus debitor excludere potest creditorem deducendo alienum debitum, ut excludat jus actoris, licet ipse alias est condemnandus, excludit creditorem. *l.* 1. §. *quanquam ff. ad Trebell.* cum simil. 17

¶ Et † prædicta procedunt in mero reo, tum quo lis fuit inchoata, non autem in eo, qui contra cap. si hi contra quos, occupavit possessionem, quia non erat reus, sed contra legem, & in contemptum judicis, se intrusit, ut latius scribit dicta *decis. Rot.* 5. *nota nunquid ut lit. pend. in no.* 18

¶ Quæ adeo vera esse Rota ibi putavit, ut dixerit judicem ex officio suo nobili, moveri posse, & non ad instantiam partis) ad faciendum revocari hujusmodi attentata quia non solum jus partis, sed & judicis reverentia læsa fuit *juxt. l. quos prohibet. ff. de post.* Item quia hujusmodi attentata revocata respiciunt litium abbreviationem, quia talis surrogatus petit se admitti ad litem *juxt. l. iij.* §. *præterea de susp. tut.* Item quia respicit utilitatem animæ surrogati si jus non haberet, & utilitatem ecclesiæ, quia ibi commode alias ministrabantur sacra unde merito judex, ex officio nobili, supplere potest, ut ibi Rota latius deducit.

¶ Sed contra prædicta iterum facit, quia † succes- 19
sor in beneficio, convenitur ex eisdē actis & in eodē statu quo erat actor, cui succeditur, ut dicit *Rota* 1. *ut lit. pend. in antiq.* Sed dicas quòd Rota ibi remittit se ad *cap. si hi contra quos, ut simus juxt. prædicta.*

SVMMARIVM.

1 *Surrogatus, in casu ibi proposito fuit spoliatus, petit se reintegrari ad possessionem suam, alia non interposita citatione & ordine non servato, quid juris? vide ibi decis. Rot.*
Possessio ex facto, nullo quoque, haberi potest.
Possidenti beneficium reservatum, & spoliato, non datur reintegratio.
2 *Qui non habet jus, vel interesse, non est citandus.*
3 *Immissus in possessionem, auctore prætore, juste possidet.*
4 *Qui alienat, contra juris prohibitionem, amittit possessionem.*
5 *Negotia ecclesiarum distrahuntur.*
6 *In prophanis, non attenditur ingressus rei vacantis.*
7 *Ingressus debet esse canonicus, in beneficialibus.*
8 *Hæres & surrogatus, in prophanis non est deterioris conditionis, suo authore.*

Executoriales, contra surrogatum, non citatum, quomodo attentata.

Caput VIII.

SEd juxta prædicta occurrit alius pulcher casus mortuo reo contra quem de beneficio litigabatur per Titium, qui obtinuerat sententiam in possessorio, adhuc lite pend.) tu fuisti surrogatus † per ordinarium & possessionem, authoritate surrogationis, occupasti: Titius, te aliter non citato, nec audito, nec convicto, obtinuit executoriales & executore interveniente habuit possessionem, teque spoliavit, tu nunc petis te reintegrari ad possessionem tuam, unde spoliatus es, alia non interposita citatione & ordine non servato. *c. licet episcopus, de præbend. lib. 6.*

† Item quia licet cap. si hi, contra quos irritet collationem præsentatorum &c. tamen non irritat possessionem, quæ ex facto, nullo quoque, haberi potest, *ut in l. j. §. si vir. ff. de acquir. poss.*

In contrarium tamen fuit decisum per Rotam

17. *nota*

17. *nota. nunquid alias* 429. *de test. spol. in antiq. quia c. si* hi, contra quos afficit non solum jus, sed etiam possessionem ut prædixi propter decretum appositum in d. c. sicut possidenti beneficium reservatum, & spoliato nō datur reintegratio, ut servatur in palatio, ut ibi Rota dicit, *arg. not. per. Inn. in c. ut nostrum de appell.* & alias tetigi, & per Staphil. *de lit. instit. fol.* 98.

¶ Non obstat, quòd non fuerit citatus, saltem per edictum, quod fieri potuit, vel ex urbanitate vel ad cautelam, quia cum nullum jus habeat, propter dictam constitutionem si hi, contra quos † non habens jus vel interesse non est citandus. *l. ij. §. voluntatem. solu. matim.* Nec cogitare debebam illum possidere, quia non habebat locum surrogati contra *c. si hi contra quos* (& † auctore prætore immissus) juste possidet. *l. juste possidet. ff. de acq. poss.* ex quo forsitan si is proposuit de surrogatione, videtur dicendū quod saltem possessio revocetur, ut diximus per *decis.* 10. *ut lit. pend. in antiq.* Sed nec id probarem quia non datur talis immissio, contra *c. si hi.* contra quos, ut supra remedium reintegrandæ, quinimo officium judicis datur contra eum, ex dictis capitulis ut removeatur à possessione, unde judici, multo magis damus exceptionem, *reg. cui damus, de reg. jur. cum simil.* 3

¶ Non obstat *l. j. §. si vir, de acquir. poss.* quia termini sunt diversi † namque ille, qui alienat contra juris prohibitionem amittit possessionem, quia non vult possidere *jux. l. si quis vi, §. differentia,* &c. nec super ea possessione, tertius prætendere potest interesse, & † negotia ecclesiarum distrahuntur, ut considerat Rota supra *alleg.* 17. accedente quod † 4 5

in prophanis, non attenditur ingressus rei vacantis,
7 sed † in beneficialibus canonicus debet esse ingressus. Non obstat collatio episcopi, quia afficitur ex *d. c. si hi contra quos.*

¶ Planè si essemus extra terminos cap. si hi, contra quos, qui forsitan surrogatus esset à Pontifice, vel aliter, debitè, certè citandus esset saltem per edictum, isque se opponere posset in executione, vel ad revocandum audiretur ut scribitur per Rotam supra *all.* 17. *de rest. spol. in antiq.* Hæcque procedunt in suis terminis, hoc est, in beneficialibus, non autem
8 in aliis; & prophanis, quia † in his hæres, & surrogatus, non est deterioris conditionis, suo auctore.

SVMMARIVM.

1 *Mortuo altero ex litigatoribus pendente lite super beneficio ordinarius contulit beneficium alii, superstes petit ante omnia id revocari debere, vel declarari nullū, quasi contra cap. 2. ut lit. penden. & attentatum lite pendente & latius, ut in casu ibi proposito quid juris? vide ibi.*

2 *Causa possessionis, & proprietatis est distincta.*

3 *Proprietas non dicitur litigiosa, ex litigio super possessione.*

4 *Litigium super proprietate, non afficit alienationem possessionis, & econtra.*

Ille, qui patitur litigium super proprietate non habet pacificam possessionem.

5 *Possessor pacificus, & quis, & quomodo dicatur, ibi remissivé.*

6 *Causa commissa super proprietate, judex habet jurisdictionem super professione, ratio ibi & limita ut ibi.*

7 *Differentia quando causa committitur super molestationibus, vel jactationibus talis rei, vel de, & super tali re, vel super possessione talis rei, vel cum emergentibus incidentibus, & connexis vel super occupationibus talis rei.*

Quędam in materia ca. 1. & 2. ut lit. pen. in 6.

CAPUT IX.

PEr *cap. 1. & 2. ut lit. pend. li. 6.* disponitur quòd lite pendente super beneficio nō potest deveniri ad colla-

collationē præsentationē &c. quousq; superstitis lis nō fuerit definita, evenit casus ꝙ inter duos litigabatur super possessione alicujus beneficii, & alter ex litigatoribus mortuus est ordinarius confert alii beneficium superstes ante omnia id revocari petit vel declarari nullum, quasi contra *dictum cap. 2.* & lite pendente attentatum, verum is cui facta est collatio replicat lis pendebat super possessione non autem super proprietate, unde non impeditur jus superstitis super possessione, cum enim constiterit de non tua possessione jus meum exequar ut etiam si possessionem consequaris quid juris. ¶ † *Cassad. decis.* 14. major pars dominorum ut *lit. pen.* dicit esse communem opinionem quod in materia dum litigatur super possessione non sit ex lite affecta proprietas, ut ligentur manus ordinarii quominus conferre possit beneficium, namque † causa possessionis & proprietatis est distincta *l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir. poss.* & ita quod † ex litigio super possessione non dicatur litigiosa proprietas scribit cumulans *Cassad. dec. 6. de rescriptis.* ubi declarat quando commissa causa super possessione dicatur commissa super proprietate & è contrario, de quo puncto memini me scripsisse in libello meo de suspensione petitorii & possessorii & in materia litigiosi in prophanis † quod litigium super proprietate non afficiat alienationem possessionis & contra in materia, *l. fin. C. de litig. & in cano.* reintegran. de Franc. *Rip. Resp. 2. de restit. spol.* & ad hæc *Rot. 9. sive 3. de cauſ. poss. in antiq.* licet ibi in materia possessionis pacificæ videatur dici, quod non habet pacificam possessionem ille, qui patitur litigium super proprietate ut in eo casu verificentur jura de possessore

1 2 3 4

5 sessore pacifico, de pacifico autem possessore † & quis dicatur & quomodo ad regulam de triennali, & de annali & alias *Gomes. de triennali. q.* 53. & alias sparsim in regula de annali. Sed vereor ne adhuc obstet dispositio. *c.* 2. quia habens collationem ab ordinario intentabit interdictum adipiscendæ possessionis juxta no. *per Abb. in c. constitutus* 2. *col. ult. de appell.* & si dicatur unusquisque prosequetur litem suam certe noviter institutus superstiti erit impedi-
6 mento. Planè † commissa causa super proprietate judex habet jurisdictionem super possessione, quia ea est in ventre *Rot.* 9 *de caus. poss. & propr. in no.* Cassad. *dec.* 9. *nu.* 12. *de caus. poss.* Abbas *in cap.* 1. *col.* 3. *de seq. poss. & fru.* nisi committeretur causa cum dictione taxativa tantum super proprietate ut per *Rot.* 9. *supra alleg.*

7 ¶ Facitq; ad prædicta quod † si causa committitur super jactationibus, & molestationibus talis rei, vel beneficii, vel super jactationibus, & molestationibus de & super tali, causa dicitur commissa super petitorio, & possessorio, sec⁹ verò est si committatur super jactationib. & molestationibus super possessione talis rei ut latè declarat Cassa. *dec.* 6. *de rescript.* & ibi videtur sentire, quod commissa causa, simpliciter super jactationibus, & molestationib⁹, videtur commissa super utroque, idem est si causa committatur cum emergentibus, incidentibus, & connexis ut per Cassad. ubi supra, idem si quis petat causam committi, super occupationibus talis rei, quia dicit eam ad se pertinere ut per *Rot.* 9. *de cau. poss. & prop.* & per Cassad. *d. dec.* 6. *de resti.* ubi de materia.

SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia, an inducatur per appellationem extrajudicialē ut postea attentata revocari possint? lib.* 4. 2 Per-

2 *Permittitur à jure, quod ab electionibus, extra judicium, appellari possit ut ibi tamen.*

3 *Appellatio extrajudicialis, est provocatio ad causam inciendam.*

5 *Appellatio judicialis offendit ministrum legis, i. judicem, & appellatio extrajudicialis offendit legem,*
Mitius agitur cum lege quam cum homine.
Contraveniens appellationi, in judicio magis delinquit, quam contraveniens extra judicium.

6 *Innovata post appellationem, non veniunt revocanda, per modum attentati in casu ibi late proposito.*

7 *Lis constat ex actore, judice & reo.*
Citatio, debet emitti à judice competenti.

8 *Attentata per judicem vel partem, post appellationem extrajudicialem, interpositam ante notificationem eis factam, non veniunt revocanda, per modum attentati.*

9 *Appellans in absentia judicis, ante notificationem sibi factã, ita eximitur à jurisdictione judicis, à quo appellavit, sicut si in ejus præsentia appellasset, & quomodo hoc procedat.*

10 *Innovata, post appellationem extrajudicialem, à processu apostolici, & intimatione secuta, non veniunt revocanda per modum attentati, nisi ante omnia cognoscatur, & doceatur de causa appellationis.*

11 *Attentata, post appellationem, regulariter non revocãtur, nisi in eventum causæ appellationis, quando appellatur ante diffinitivam.*

12 *Pro veritate causarum, in appellatione extrajudiciali, expressarum nunquam præsumitur, nisi veritas probetur. limita ut ibi* 13.

14 *In electionibus, cathedralium, vel regularium ecclesiarum, quicquid factum fuerit, post, & contra appellationẽ, etiam extrajudicialem, ex causa probabili semissam, est ipso jure nullum, secus in electionibus inferiorum ecclesiarum.*

15 *Post commissionẽ causæ appellationis, ligatæ intelliguntur manus inferiorum, ut locum habeat remedium attentatorum.*

16 *Appellatus, procedens ante intimationem appellationis, an dicatur attentare, & alia circa appellationem, ibi.*

17 *Causa appellationis, non devolvitur, nisi post intimationem ejusdem, quomodo hoc intelligatur.*

18 *Differentiæ multæ, inter appellationem judicialem, & extrajudicialem. ibi late, usq; in fin. cap.* Appel-

Appellatio extrajudicialis quomodo inducat litis pendentiam.

Cap. X.

1 PRiusquam ad ulteriora transeamus videndum est † utrum per appellationem extrajudicialem inducatur litis pendentia ut postea attentata revocari possint, ecce enim † permittitur à jure quòd ab
2 electionibus extra judicium appellari possit servata tamen forma de qua in *c. ut circa, & c. procurator de elect. lib. 6. & in cle. causam eo. ti.* item quando factis legitimis requisitionibus non reperitur judex coram quo vel justa ex causa ut propter *justum* metum non est comparendum coram judice appellationis, tunc coram honestis personis appellare potest. *c. fi. de appel. cum simil.* circa hęc videndum prius est quid sit appellatio extrajudicialis Cassad. *dec. 1. in ti. de app.* dicit quod † appellatio extrajudicialis est
3 provocatio ad causam. incipiendam *c. cum sit Romana. de appel. Rot. 25. si reus. de rescript. Inn. & ibi per Addi.* & sentit *Vestr. in pract. pag. 38.* & non devolvit appellationem ad superiorem, nisi ex probabilibus & verisimilibus causis interponatur, ut per *Abb. Franc. & Dec.* in c. bonæ, de appell. licet † secus sit
4 in appellatione judiciali, quia tunc infertur injuria judici, & si appellatio esset nulliter interposita, esset præsumptio calumniæ, quia tunc requiritur probatio causæ, ut per Dec. *in d. c. bonæ, col. 2.*

¶ Ad q. principalem ergo respond. quod per appellationem extrajudicialem non inducitur litis pendentia, ut per Rot. *69. de appell.* in antiq. incipientem, sciendum est. ubi in terminis dicit quod appellatio extrajudicialis non inducit litis pendentiam

tiam, quia ut inquit † appellatio in judicio offendit 5
ministrum legis ac extra judicium legem tantum,
& mitius agitur cum lege, quam cum homine. *l.*
Celsus ff. de arbit. licet talis ratio non multum con-
cludat nisi dicamus, quòd contraveniens appella-
tioni in judicio magis delinquit ut contra minus
contraveniens extra judicium. Hinc Rot. præall. 25.
si reus de rescrip. in no. dixit quòd in casu quo reus &
possessor beneficii nullum jus habens in beneficio
per eum detento quia forsitan beneficium erat ge-
neraliter, vel specialiter reservatum extra judicium
appellet à gratia sui adversarii quę ex aliquibus cau-
sis fuit re ipsa nulla, & subreptitia, & post eandem
intimet adversario, & postea idem possessor ante
commissionem appellationis in curia impetret no-
vam gratiam à Papa super prædicto beneficio nulla
facta mentione de gratia adversarii, de appella-
tione, & intimatione gratia sua non dicitur subre-
ptitia, & † innovata post appellationem suprascri- 6
ptam non veniunt per modum attentati revocan-
da, quia dicta appellatio non est nisi quædam pro-
vocatio ad causam, & per eam non inducitur litis
pendentia. item quia nihil fuit innovatum in præju-
dicium partis, & ita quod talis appellatio extrajudi-
cialis non inducat litis pendentiam ante commis-
sionem Caslad. *decis.* 1. *de appell.* & ita quod non fiat
locus regulæ de surrogandis scribit Gomes. *in reg.*
de surrogandis. q. 12. *vers.* item q. quia † lis constat ex 7
actore judice, & reo c. forus. de verb. sign. hic au-
tem deficit judex quod non est propter primam in-
stantiam in appellatione judiciali & facit *tex. in*
clem. fin. ut lit. pen. ubi requiritur citationem emitti
à judice competenti, ad idem est *decis. Rot.* 38. *atten-*

tata

tata per judicem alias 309. *de appell. in no.* ubi Ro-
8 ta dicit quod † attentata per judicem vel partem
post appellationem extrajudicialem interpositam
ante notificationem eis factam (à contrario vide-
tur sentire quod secus post intimationem) non ve-
niunt per modum attentati revocanda (sentit quod
aliter quidem ex infra dicendis notari poterit) pro-
pter justam causam ignorantiæ, & quia de nulla te-
meritate redargui poterunt, & respondet ad nota-
ta per *Inno. in c. dilectis super verb. innotuerit ex. de*
9 *appel.* ubi dicit quòd † appellans in absentia judicis
ante notificationem sibi factam ita eximitur à juris-
dictione judicis à quo appellavit sicut si in ejus præ-
sentia appellasset quod Innocentii dictum procedit
quoad translationem jurisdictionis non quod hoc
solum sufficiat quoad revocationem attentato-
rum, in quo articulo oportebit appellantem pro-
bare duo, videlicet se ex causa probabili appellasse,
& veram causam apellationis fuisse, vel esse, vel sal-
tem illam se proposuisse coram judice à quo appel-
lavit, & se obtulisse ad probandum & non admis-
sum fore ut per *Rot. ubi supra* & ibi subdit, quod hæc
duo quoque probanda sunt quoad translationem
jurisdictionis ad idem alleg. *Rot.* 44. *licet in causa a-*
10 *lias* 344. *de appell. in no.* ubi stante † appellatione ex-
trajudiciali à processu apostolici impetrantis & in-
timatione secuta postea innovata non veniunt per
modũ attentati revocanda nisi ante omnia cogno-
scatur, & doceatur de causa appellationis, quia †
11 quando appellatur ante definitivam regulare est
non revocari attentata post appellationem nisi in e-
ventum causæ appellationis *alleg. c. non solum* §. *illa*
de appell. lib. 6. & subdit ibi, quia appellatio poterat

esse

esse frivola, cui deferre non tenebatur, nec † un- 12
quam pro veritate causarum in appellatione extra-
judiciali expressarum præsumitur nisi veritas pro-
betur, ut per Rot. ubi supra. & ibi subdit, nisi appel-
lans causas per ipsum ante propositas obtulisset se
probaturum ut in c. interposita de appell. quæ dec.
& similes possunt intelligi de appellatione judicia-
li, non autem extrajudiciali, verum si opinionem
prædictam sequamur facta oblatione ad proban-
dum, tunc quoad translationem jurisdictionis, &
quoad revocationem attentatorum sufficit duo
probare, scilicet quod proposuerit gravamen, & il-
lud obtulit se legitime probaturum licet non pro-
bet causam in appellatione expressam, & respon-
det ad *c si postquam de elec. li. 6.* quia hoc est speciale
contra regulam antedictam, ut † in electionibus 14
cathedralium, vel regularium ecclesiarum quicquid
factum fuerit post, & contra appellationem etiam
extrajudicialem ex causa probabili emissam sit nul-
lum ipso jure, secus verò in electionibus inferio-
rum ecclesiarum, & ibi subdit quod post † com- 15
missionem causæ appellationis ligatæ intelligun-
tur manus inferiorum ut locum habeat remedium
attentatorum, & de intimatione facienda, per ea
necessario requiratur *Abb. Fran. & Dec. in c. bonæ
de appell.*

His non obstat *decis. Ægid. 52. de rescrip.* quæ al-
legatur in contrarium ponderatum per *Gomes. in
reg. de trienn. q. 54.* ubi respondet tribus modis *dec.
69.* supra allegata, quia Ægid. ibi non intendit de-
cidere, an sit introducta vera lis, sed an impetratio
ujris novi post intimationem appellationis & illius
devolutionem ad curiam sit surreptitia, & conclu-

dit talem impetrationem valere, & conformat se cum *decis.25.de rescrip.in novis.*

Circa prædicta est advertendum, quia procedunt quando appellatum fuisset ad pontificem, quia secus est quando appellatur ad metropolitanum qui causam habet cognoscere, quia tunc cum iudex datus reperiretur, statim intimata appellatione dicitur lis verè introducta, ut scribitur per addit. ad *Rot. 25. de rescript. in no.* quod si verum est notabile videtur.

16 ¶† Et circa prædicta an ante intimationem appellationis appellatus procedens dicatur attentare, & an sufficiat appellationem ex causa probabili esse interpositam, & an veniant revocanda tantum attentata contra appellationem, & quid in cathedralibus ecclesiis, omnia examinantur late per *Decium in c. bonæ. de appell.* qui in quibusdam Franchum reprobare conatur, & remissive per additionem *ad*
17 *d.decis.25.* ubi subditur, † quod causa appellationis non devoluitur nisi post intimationem eiusdem & alle. *dec.38. de appell. in no. & tex. in clem. causam. de electio.* quod intelligitur quoad præiudicium appellati ut *decis.6.& 18. de appell.in no. & per Ægid. dec.22.de appell.* & quoad effectum surrogationis non dicitur vera lis.

¶ Et not. quod id quod dicimus quod appellatione extraiudiciali pendente non revocantur attentata etiam si quis incontinenti obtulisset se causam probaturum fallit si appellatio interposita sit coram iudice habente jurisdictionem 2. si partes ante iudicem appellationis concorditer elegissent, ut per *Manfred. concl.* 110. & ex prædictis declara quæ ponit *Bellonus cons.86.col.fi.*

¶†Ex

¶ † Ex prædictis & aliis quæ considerari possent 18
apparet esse differentiam inter appellationem judicialem, & appellationem extraiudicialem, per quam non censetur inducta litis pendentia, nec attentata post ipsam sunt nulla, sed veniunt annullanda *But. Abb. & Franc. in cap. consuluit. in c. sæpe. in cap. bonæ de appell.* item appellatio hæc non poterit per quemvis intimari prout judicialis, sed erit talis appellatio intimanda per procuratorem, ut per *Rot. decis.* 12. *no.* quod ubi appellatur de *appell. in antiq.* item appellas extra judicium non poterit dare obiectis contra personam provisi, seu formam provisionis eiusdem nisi *iuxt. cap. ut circa de elect. in 6.* & distinctiones traditas. per *Rotam decis.* 267. *si possessor de appell. in no. Thom. Fastol. caus.* 7. *dieb.* 24. *die veneris.* Alias multas differentias ponit *Abb. in c. Romana de appell. in cap. dilecto de except. col. pen.* & alibi ut remissive per Vestrium *in pract. lib.* 3. *in tit. de appell. extraiud. Cassad. decis.* 1. *de appell. ex quibus* non est prætermittendum quod attentata post appellationem judicialem omnia revocantur etiam quæ non sine directo contra appellationem, ut per *Rot. decis.* 44. *de appell. in no. ca. decis.* 72. sed in extrajudiciali solum revocantur ea, quæ directo sunt contra appellationem, ut per Franc. *in cap.* 1. *in ult. not. ext. de appell.* Marant. *part.* 6. *judic. num.* 390. per Manfred. *concl.* 102. & si appellatio extrajudicialis formiter coram honestis personis non interponatur non ligat Socin. *conf.* 45. visa appellatione lib. 1. ubi in excommunicato quod in hac solum revocantur quæ sunt contra appellationem non quæ præter & de personis non comprehensis in appellatione, & ibidem *in versi.* 3.

concludo videtur requirere inhibitio quod notandum est circa materiam appellantium coram honestis personis, sed dic quod non revocantur ante omnia, ut quando post inhibitionem, sed dato de gravamine, & nota eundem in *vers.* 4. quod circa gravamina generalia talis appellatio nō afficit, item appellatio extrajudicialis sufficit quod interponatur ex verisimili sine probabili causa, licet non probetur, quod non est in judiciali, item differunt in nomine unde non venit extrajudicialis appellationis verbo & statuto nisi aliud id tradat, item ex oblatione exceptionis propositæ probari justificatur appellatio judicialis non sic in extrajudiciali. Item in extrajudiciali necessario non regulentur Apostoli licet ad bene esse sic. item excommunicatio extra judicium non appellat & extrajudicialis potest esse incerta secundum aliquos, ut per Abba. Franc. Dec. & alios *in cap. bonæ. de appellat.* ubi latius de materia. Item sunt qui dicant quod ut attentata post appellationem judicialem revocentur requiritur quod appellatio fuerit intimata judici, & parti aliàs ab eisdem ut ignorantibus procedi potest, ut per Butr. & Imo. *in cap. fin. colum. fi. de appell.* ubi Franc. *col. pen. Marant. d. part. 6. nu.* 391. in appellatione verò extrajudiciali requiritur intimatio, ut per Franc. *in cap. bonæ. col.* 13. *vers.* 9. conclusio Marant. ubi supra *nume.* 392. *& 6. part. pag.* 191. & per Manfred. *concl.* 111. Lud. Gomes. *de triennal. q.* 54. ubi etiam quando causa est deserta, & dixi supra quando disputavi quomodo inducatur litis pendentia.

SVMMARIVM.

1 *Multis modis, attentata revocantur, & quomodo hoc intelliga-*

telligatur, & quod remedium habeatur pro tali revocatione, & multa alia diffuse per totum cap.

2 *In quacunque parte judicii possunt peti revocari attentata. Querela est jus extraordinarium, quo de gravamine ad superiorem recurrimus definiente appellatione.*

3 *Minima, facti, & qualitatis diversitas, constituit diversam speciem.*

Attentata, quomodo revocentur.

Caput XI.

Attentata deducuntur, & revocantur variis modis, †namque si attentatum fuerit lite pen- 1
dente per tit. ut lite pendente, si pendente lite post appellationem ante definitivam secuta inhibitione, vel post definitivā inter decem dies ad appellandum, vel post appellationem à definitiva etiam ante inhibitionem per *cap. non solum. de appell. in 6.* cum simili. quod verum est data scientia innovantis de appellatione, namque si ab ignorantibus innovetur non fit revocatio per modum attentati ut per Butrium & Imo *in c. fin. col. fin.* ubi Franc. *col. pen. versi. quæritur de appell.* Marant. *part. 6. judic. pag. 131. num. 390.* Manfred. *tenet. 33.* ubi dicit hoc verum in judiciali & extrajudiciali quoad certam personam, quomodo autem ad notitiam & scientiam partium & judicis appellatio deduci possit ex notatis per Afflict. *in tract. de jure protomis.* & per Tiraqu. in eodē tractatu, dum tractant quomodo inducatur scientia qua inducitur præscriptio contra retractum, facit ad prædicta quod scribit Ægid. Bellem. *decis. 102.* si possessio ad fin. quod remedium edicti ne lite pendente, concurrit cum edicto ut lite pendente, de alienat. judicii mutandi causa facti & de litigiosis de quorum differentia Cyn. *ne lit. pend. l. 3.* & de sex remediis circa materiam attenta-

torum vide pulchre per Ægid. *decis.* 749. licet ubi impetratio beneficii reservati quomodo dicatur actum lite pendente stante appellatione à collatione ordinarii.

Attentata quoque tractantur una cum negotio principali, namque quandoque ita expediuntur, quandoque ante omnia penitus sunt revocanda ita ut sileat negotium principale *cap. non solum de appell. in 6.* ut per Cardin. in *c. bonæ col. ij. vers. nota ex textu extra de appell.* sequitur Maranta *d. 6. part. judic. pag. 191. num. 393.* namque ad revocationem attentatorum duplici via agere possumus, una videlicet directæ petitionis & ordinarii judicii simul cum causa principali qua expectato eventu litis, & causæ principalis beneficio injustitiæ possunt per sententiam in causa principali revocari, altera extra ordinem per officium judicis mercenarium quod implorantes magis properantes petimus attentata in primis & ante omnia revocari, & per hanc viam pendentia causæ attentatorum operatur effectum suspensivum ut interim sileat causa principalis, ut diximus per dictum c. non solum, & non solum faceret silere causam principalem verum etiam causam nullitatis, si qua penderet ita quod prius providendum esset super causa attentatorũ, quam super nullitate ut per Afflict. *dec.* 98. *num.* 4. Compatiunturque se hæc viæ agendi ad revocationem attentatorum ut licet quis post attentationem, cæperit simul cum causa principali via ordinaria agere, non prohibetur ad extraordinariam reverti & judicis officium implorare, ut attentata in primis, & ante omnia reverenter ut per Gemin. *in ca. non solum in princ. col. 2. nu. 8. vers.* quid si appellans, idque etiam si ea-

si eadem via usque ad litis contestationem processum fuisset, licet in hoc fuerint opiniones quas Gemin. *ibi vers.* in hac materia refert Franc. *in cap. dilecti, col. 2. vers.* secundo quæritur de appell. in quorum varietate Rota servat ut litis contestatio in judicio ordinario facta non impediat quin passus attentata possit reverti ad viam extraordinariam implorando judicis officium ut in primis & ante omnia reverenter attentata. Rot. 185. *si pars rea de appell. in no.*† quia in quacunque parte judicii peti 2 possunt revocari attentata dummodo ante conclusionem, ut hæc latissimè scribit Vestrius in *pract. lib. 8. pag. 154. & seq.* Item nota quod injustitia non inculcatur cum attentato neque contra & cum consequentia teneat, sententia est injusta, ergo & attentatum, vide remiss. Manfred. *concl. 235. qui conf. 240.* dicit quod nullitas est genus attentatum verò species, attentata post appellationis renuntiationem revocantur in viam nullitatis attentatorum adeundo judicem ordinarie agendo non privilegio attentatorum. Alex. *in c. solicitudinem col. 7. de appell.* ut appellatione deserta, revocantur, non privilegio attentatorum, sed via nullitatis Alex. & Franc. *in c. sæpe de appell.* Manfred. *conf. 196.* qui ad hoc alleg. *dec. 1. Rot. no. concord. ita dec. 130. eo.*

¶ Item deducuntur attentata in judicium per modum querelæ quod est in his casibus in quibus non admittitur appellatio, namque cum non recipiatur appellatio volunt non esse locum attentatis officio judicis, vel si emanasset inhibitio à qua dicunt non ligari manus judicis ut per Marant. *part. 6. judic. nu. 105.* sed quia iniquum erat in his casibus de attentatis omnino non videri quia hac ratione jus

partis forsitan perire posset, introducitur jus querelæ qua per superiorem ad quem revocentur attentata ut per *Abb. in c. pastoralis col. 4. vers. tertius effectus; & vers. in 3. q.* ubi Franc. *de appell.* & sequitur Marant. *d. part. 6. judic. num. 105. pag. 171. colum. 3.* querela autem nihil aliud est quàm jus extraordinarium quo de gravamine ad superiorem recurrimus deficiente appellatione ut per Abb. & Fel. *in c. querelam. ex. de jurejur.* Alex. & alios *in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cog. Dec. conf. 125. col. fin.* & late prosequitur Marant. *d. part. 6. de ord jud. n. 102. p. 171.* Alio quoque modo revocantur attentata in his casibus, in quibus non recipiatur appellatio namque si in his appelletur, & judex videat quod gravamen per judicem à quo illatum fuit poterit illud ex officio revocare, corrigere, & emendare, quia licet talis appellatio non operetur effectum suspensivum quoad judicem à quo tamen ne jus tertii pereat operatur ut officio judicis injuste inno vata revocari possint, ut per Abb. *in d. c. pastoralis. vers. in 3. q.* refert & sequitur Maranta *de ordin. jud. part. 6. nume. 106. per glo. in verb. oneramus in cle. 1. de jure patro.*

¶ Alio quoque modo revocantur attentata hoc est quando judex, ex officio suo mero, & puro non ad instantiam, sive respectum partis revocat attentata penes se retinendo possessionem, vel penes tertium illam deponendo, quod variis in casibus contingere potest, ut videre licet, ut in *Rot. 10. si lite pendente, ut lit. pend. in no. alias. 411 & Rot. 2. de restit. spoliat. & 1. de appell. in no. & in d. Rot. 2.* dicitur peti incidenter.

¶ Ex his licet attentata dividi possent in varias spe-

ſpecies præſertim quia apud nos † ex minima facti, 3
& qualitatis diverſitate conſtituitur diverſas ſpecies. *l. iij. §. genera. ff. de acq. poſſeſſ. l. j ff. de prætor. ſtipulat.* tamen mihi placet quod una ſit conſtituenda ſpecies attentatorum ſive ante definitivam, ſive poſt innovetur, ſive appellatum ſit in judicio, ſive extra judicium, licet modi agendi forſitan ſint diverſi. Manfred. *concl.* 31. dicit quod pro revocatione attentatorum competit officium judicis privilegiatum, quo ſine libello, licet oblata aliquali petitione ſine litis conteſtat. petitur irrevocari attentatum, aliud ordinarium appellationis medio per viam injuſtitiæ quo incidenter, & acceſſione veniunt attentata, item per modum libelli ordinarie agendo coram ordinario per viam nullitatis, etiam ſeorſum ab appellatione petendo revocari attentata, ut per Doc. *in c. ſæpe, in c. dilecti, in c. conſuluit in c. cum teneamur de appell. ut ubi per eum.*

SVMMARIVM.

1 *Ius revocandi attentata an ſit officium iudicis nobile, vel mercenarium, an vero ſit actio? & poſt multorum opiniones ibi per longam ſeriem recitatas, diſtinguit ut ibi. num. 3.*

2 *Officium, quo expeditur articulus attentatorum, quoad principale, & quo ad expenſas, coharet cauſa, & negocio principali, quod adhuc durat.*

4 *Iudex, ſi ſine cauſa, hoc officium parti? denegaret impartiri, ei faceret iniuriam. & in ſindicatu, parti teneretur ad intereſſe.*

5 *Remedium attentatorum, an ſit judicium poſſeſſorium, vel petitorium? & quod ſit poſſeſſorium ibi num. 6.*

6 *Poſſeſſorium, & pinguius, quam remedium canonis reintegranda.*

7 *Reus ſpoliator, in queſtione ſpoliationis mota (ut in caſu ibi propoſito) ſi impetret commiſſionem ut non obſtanti-*

bus &c. procedatur super petitorio, & possessorio simul, nihilominus potest prius possessorium expediri, si de eo prius constet.

Iudex appellationis, non potest procedere super attentatis, post appellationem ante diffinitivam, limita ut ubi.

8 *Quis sit judex. in causa & remedio attentatorum.*

9 *Commissa aliqua causa, ea omnia commissa videntur, sine quibus, causa ipsa expediri non potest.*

10 *Iudex appellationis, non potest procedere super attentatis, si ante diffinitivam appelletur ab aliquo gravamine, limita tamen, ut ibi.*

11 *Causa attentatorum committi potest etiam judici, qui de causa principali non cognoscit, quando per novam commissionem proceditur, ratio ibi, & an tunc procedi possit super attentatis, una cum negotio principali? ut ibi.*

12 *Revocatio attentatorum, peti non potest coram alio iudice ordinario, ratione calumniarum, quæ contingere possent, & ratione ordinis.*

13 *Causa attentatorum, si tractaretur coram diversis iudicibus, ille cuius interest potest petere coram superiore, ut eadem causæ, in suo statu remanerent, & uni committerentur simul, & semel decidendæ, ne continentia causæ dividatur, & fiant plura registra, in dispendium partium.*

Ius revocandi attentata, quale sit.

Caput XII.

1 NUnc videndum est † an jus revocandi attentata sit officium judicis an actio, & an officium judicis nobile, an mercennarium? Vestrius *in pract. sua in lib. 8. pag. mihi* 154. dicit hæc verba, *Ex his quæ supradiximus facile dignoscere potuisti quòd ad revocationem attentatorum duplici via agere possumus, una videlicet directa petitionis, & ordinarii judicii, simul cum causa principali. qua expectato eventu causæ principalis beneficio iniustitiæ possunt per sententiam*

tentiam in causa principali revocari, altera extra ordinem per officium iudicis mercennarium ejus officium implorantes, quo magis properantes petimus attentata in primis & ante omnia revocari, &c. ex quibus verbis sentit quod primo modo agendi officio judicis nobili, secundo verò officio judicis mercennario causa expediatur.

¶ *Rot.* 4. attentata lite pendente aliàs 57. *ut lit. pend. in no. dicit. Attentata lite pendente, peti possunt revocari, usque ad conclusionem, in causa exclusivé. quia in quacunque parte litis talia ex officio & ante omnia sunt revocanda propter contemptum judicis.*

¶ *Rot.* 2. fuit dubitatum alias 14. *de restit. spol.* dicit, *secus vero quando judex propter contemptum sui juris, & jurisdictionis sive legis ex puro & mero officio suo pro voto illa revocet & prius dixerat non jure actionis sed ex officio judicantis.*

¶ *Rot.* 1. nota si attentata *alias* 474. *de offic. jud. in antiq.* dicit, *quia super hujusmodi revocatione attentatorum proceditur ex officio.* Jus deducendi attentata quoque consideratur per modum exceptionis, ut si appellans attentet quid appellatus ad repellendum ab appellatione in hac causa & in diversa hoc excipiet, ut per Franc. *in cap. dilect. num. 9. & in c. an sit. de appell.* & Manfred. *concl.* 23. quod aliqualem declarationem expostular, sed omnis exceptio nititur in officio judicis, quia in æquitate.

Ægidius Bellamera *decis.* 74. lata dicit, & hoc verum in judicio possessorii principaliter intentato sed incidenter & indirectè per modum attentati ex privilegio litis pendentiæ vel appellationis legitimè præcedentis, ratio est quia † officium quo expeditur articulus attentatorum quoad principale & 2

quoad

quoad expensas cohæret causæ & negotio principali, quod adhuc durat.

¶ Quod sit officium judicis nobile facit quod pro revocatione nullitatum officium judicis nobile competere dicunt ut per Innoc. *in c. fi. circa fin.* ubi alii *ex de offic. jud.* Innoc. *in cap. sæpè col. 3. de appell.* Bar. *in l. j. vers. quæro quo jure col. iij. C. quan. provoc. non est necesse.* Bald. *in l. tale pactum §. qui provocavit q. 12. ex. de pactis* Alex. *cons. 225. ponderatis vers. pro hoc etiam facit col. 5. lib. 6.* Vantius late scribit *in tract. de nullit. pag. 4.*

3 ¶ Videtur quòd † sit distinguendum, nempe quod ubi agitur ad instantiam partis propter illius interesse sit officium judicis mercenarium, quando verò agitur propter contemptum judicis sit officium judicis nobile.

¶ Sed quicquid sit non videtur multum interesse, quia licet judicis officium nullam præsupponat obligationem, ut in *l. qui per collusionem* §. 1. *ff. de actio. empt. in l. quintus mutius. ff. de. ann. legat.* tamen ex quo officium istud ex jure partibus competenti insurgit tanquam auxilium legale, & proprium ipsorum litigatorum in judicio actionis loco proponitur quod judex illud impertiatur, & illi deserviat necesse est Spec. *de offic. ju* §. *potest vers.* sed quæ jus, & † se absque causa judex hoc officium im-
4 partiri denegaret parti faceret injuriam, & in sindicatu parti teneretur ad interesse ut in materia officii judicis nobilis competentis pro revocatione nullitatum scribit Vant. *in tract. de nullit. in tit. quid sit nullitas num. 6.*

5 ¶ Dubitarique facile potest † utrum remedium attentatorum possessorium judicium sit an petitorium

tium? Ægid. Bellem. *dec.* 148. sententia lata super articulo attentatorum dicit hæc verba † *sententia* 6
lata super articulo attentatorum sic censetur vim definitivæ habere, quia in ea locum non habet cle. appellanti de appell. motivum principale est, quia articulus prædictus non differt à possessorio reintegrandæ nisi quia ordo judiciarius non requiritur hoc casu, ex quibus verbis significari videtur quòd remediũ attentatorum sit possessorium. Item notare licet quod est possessorium pinguius quam remedium canonis reintegrandæ. 1. *q.* 1. *ut* per Fel. *in c. dilecti. extra de majorit. & obed.* & per Cassad. *decis.* 3. *de restit. spoliat.* Sed & idem sentit Staphil. *in tit. de commiss. lit. just.* §. *si pars innodata*, ubi, &c. Ægid *decis.* 506. dicit † *quæstione spoliationis beneficii mota inci-* 7
denter, permodum attentati, & lata una sententia super attentatis, s. pro suspensione petitorii, si reus spoliator impetret commissionem, ut præmissis non obstantibus, procedat super petitorio & possessorio simul, nihilominus potest prius possessorium expediri si de eo prius constet, ratio enim, de qua supra, hæc est, quia talis commissio non tollit, quòd si de uno prius constet: de eo prius cognoscatur, & tenent Ægid. & Staphil. quòd causa attentati sit quid incidens, quidem verum non erit quando principaliter per se cognoscatur, ut deserta causa appellationis, per libellum, jure ordinario.

¶ Cum vero quæritur † quis sit judex in causa 8
& remedio attentatorum? Vestrius *in sua practic. lib.* 8. *pag.* 154. dicit quod generaliter ubi attentatum fuisset solet dari commissio super revocatione attentatorum, & regulariter committitur ei judici cujus majestas attentando læsa fuerit, & sic judici

ipsius

ipsius appellationis cap. solicitudinem circa medium ibi. nam ad officium ejus *ex de appell. tex. vero in d. cap.* solicitudinem sentit quod ad judicem cujus majestas læsa fuerit sine alia commissione spe-
9 ctet cognitio attentatorum, quia † facta commissione de aliqua causa omnia ea concessa videntur sine quibus talis causa expediri non posset *col. 2. ff. de*
10 *jurisd. omn. judic.* Unde fit † quod si ante diffinitivam appelletur ab aliquo gravamine, judex appellationis non potest procedere super talibus attentatis, *nisi id quod habeat in commissione*, vel post suam *inhibitionem fuerit attentatum, vel nisi pronuntiatum fuisset bene appellatum, vide per Rot. 55. si appelletur de appell. no.* sed contra judex primus, si causa ad eum revolvatur, vel non abiverit ab eo, de eisdem cognoscet, providendo circa attentata, & re attentata, ab una ex partibus, & ab utraque ut æquitas suadebit, & ex libro hoc notari potest.

¶ Verum cum per novam commissionem pro-
11 ceditur nihil impedit † quin alii judici, quam ei, qui de causa principali cognoscit causa attentatorum committi possit, quia data potentia & voluntate actus purificetur juxta not. per Bar. *in l. multum interest. C. si quis alteri.* Sed etsi via ordinaria quis vellet id petere forsitan & facere potest.

¶ Sed an tunc procedi possit coram judice causæ una cum negotio principali super attentatis, an perinde habeatur ac si judex datus super innovatis surrogatus esset quoad hoc? videtur quod habeatur loco surrogati ut negotium perinde tractandum sit, ac si judex primus procederet, unde ad se non trahet negotium principale nisi per modum appellationis, ad eum causa devoluta fuerit, & hæc mul-

multomagis vera erunt, si judex successerit in locum prioris vel per avocationem eidē fuerit commissa. Hæc † quando ut supra, sed an revocatio at- 12
tentatorum peti possit coram alio ordinario? videtur quod non, ratione calumniarum, quæ hic contingere possent, & ratione ordinis. Quod si attentatum per modum nullitatis tractandum esset quis sit judex in causa nullitatis, diffusissimus est articulus, qui cum latissimè tractetur à Vantio *in tract. de nullitat. in tit. coram quo de nullit. proc. poss.* à nobis brevitatis causa prætermittitur. Verum tamen est † 13
quòd si corā diversis judicibus causa tractaretur attentatorum, ille cujus interest, posset coram judice superiori petere, ut eędem causæ, in suo statu remanerent, & uni committerentur simul, & semel decidendæ, ne continentia causæ, dividatur, & fiant plura registra in dispendium partium, quod bonus judex debet præcavere, ut per Staphil. *de commiss. lit. just. §. spoliatus.* Hæc autem, quæ supra diximus procedunt coram omnibus judicibus, tam ordinariis, quam delegatis, tam civilibus, quam criminalibus, arbitris, & arbitratoribus, quia ratio attentatorum, coram omnibus his militat. & ex his, ad materiam duelli considerari possent attentata, quia & in ea cadit litis contestatio, vel quasi judicium.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo petatur causam attentatorum committi debere.*
2 *Practica, petendi revocationem attentatorum.*
3 *Qui petunt causam attentatorum revocari per modum attentati, perperam faciunt. ratio ibi.*
4 *Narrato attentato, per viam attentati, non obtinetur super spolio, sed contra narrato spolio, & litis pendentia, quia qui spoliat attentat.*
5 *Non omnia quæ fiunt lite pendente, etiam per partes, dicuntur attentari.*

6 *Per clausulam, appellatione non obstante, vel appellatione remota, & hujusmodi, quid inferatur ibi remissive.*

7 *Quando impetratur judex super revocatione attentatorum, non solum in libello, sed etiam in rescripto, habenda est mentio de attentatis.*

8 *Narrans factum super revocatione, ex his, quæ in fraudem, non super attentatis, non obtinet, non obstantibus clausulis illis salutaribus.*

9 *Commissio, quæ solet impetrari, ut causa simul, & semel, non tollit quin possit judicari una earum, si de ea prius constat.*

10 *Iudex attentatorum, est judex à quo, & judex ad quem, est judex ordinarius, ut ibi.*

11 *Practica quando appellans, vexatur ab appellato, vel à judice.*

Signaturæ ad favorem reorum.

12 *Commissio super attentatis, intelligitur de præterito, & de futuro.*

13 *Diversitas, inter judicem causæ, & alium cui committatur revocatio attentatorum.*

Signatio, quomodo fiat, quando agitur de nullitate, contra rem judicatam.

14 *Nullitas, per modum actionis, non impedit rei judicatæ legitimè executionem, etiam si incontinenti probetur, licet secus per exceptionem.*

15 *Petitio qualis qualis requiritur, circa attentata, & libellus concipitur, ut narrato facto, innovatum petatur revocari.*

De commissione causæ super attentatis, & judice causæ attentatorum.

Cap. XIII.

1 QUando petimus committi causam attentatorum solemus petere quòd † in primis & ante omnia attentata revocentur, sed moris est signatorũ verba illa in primis, & ante omnia delere, quoniam, plurima sunt attentata quæ non veniunt in primis, & ante omnia revocanda, sed postquam

is

is, qui petit attentata revocari, in causa obtinuit, ut in attentatis pendente causa nullitatis scribitur per Franc. *in c. dilecto. col.* 12. *vers. ex quibus omnibus de appell.* & in aliis casibus qui ex tractatu nostro cognósci possunt, & forsitan si talia verba non delerentur, si signetur ut petitur, & in primis, & ante omnia prout de iure, utique perperam ageret talis supplicator, cum non ante omnia, essent revocanda. Vnde bona est practica † petere simpliciter re- 2
vocari attentata, quia hoc modo venient revocanda ante omnia, si sit de iure vel in fine litis, vel principaliter via ordinaria, ideo † perperam faciunt illi 3
qui petunt causam attentatorum revocari per modum attentati, quia si eveniat quod non per modū attentati sed per viam iniustitiæ finita lite sint revocanda utique non bene agitur, quod & Vestrius animadvertit *lib.* 8. *pag. mihi* 154. Sed forsitan instari posset quod declaretur, quod remedium proponatur quia incerta videtur supplicatio, sed narrato facto mihi non placet, quia inde ad officium iudicis pertinet eligere actionem sibi competentem, ut scribitur *in cap. licet.* Fel. *de simon. & in l. edita de edendo cum simil.* Sed † narrato attentato per viā at- 4
tentati non obtinetur super spolio, sed contra narrato spolio & litis pendentia, quia qui spoliat attentat data litis pendentia, & in reliquis terminis habilibus.

¶ Item stante tali petitione ut constito de re iud. mandaretur eidem auditori, taxari fructus & expensas, item quod procederetur super attentatis lite pendente, & quod inhiberetur tam parti contrariæ, quam etiam judicibus & colonis ne aliquid innovarent lite pendente, & in pede commissionis

erat additum ad illa verba de non innovando, videlicet in præjudiciũ dictæ litis, quæ clausula ideo apponitur, quia † non omnia, quæ fiunt lite pendente, etiam per ipsas partes dicuntur attentari. Signatura autem dictę commissionis erat placet prout de jure, de qua semiratum Jo. Staphi. dicit *in tit. de commiss. tit. justit. §. citatio personalis nu. 16. pag. mihi* 133. quia omnia petita in dicta commissione sunt juridica & procedunt de jure, & subdit quod forsitan propterea id ibi dictum est, quia petitum fuit inhiberi colonis, qui non sunt de collitigantibus, & de jure non est inhibendũ nisi collitigantibus jux. not. *in l. creditor §. mandatorem. ff. mand. in cap. Romana. §. in alium. de appellat. lib. 6.* in quibus locis habetur, quod pẽdente appellatione omnia debent esse in eodem statu, quantum ad collitigantes non quantum ad extraneos, licet aliquid dicant inhibendum esse etiam illis, qui liti possunt præjudicare, ut sentit *dec. Rot. 85 nota quod ubi auditor in antiq. quibus respectibus Staphil.* ubi supra putat talem signaturam forsitan esse factam; quia isto modo signatur quando omnia petita non sunt concessibilia, vel quando est dubium de jure ut per Staphil. ubi supra. Per † clausulam appellatione non obstante, sive appellatione remota & hujusmodi quid inferatur dixi alias ut qualibet contradictione non obstante, & vide Manfred. *col. 211.* Habetur regula Cancellariæ quod non debeat judicari secundum supplicationem literis non expeditis in supplicatione dicitur; quod ante terminum ad articulandum literæ expedientur, unde ita derogetur regulæ supradictæ rescribitur fiat dummodo litigiosum beneficium non censeatur etiam quoad regulam de subrogandis quid operantur hæc verba? certe mul-

tos effectus, primum quia possessor conventus non obstante lite sibi mota vigore dictæ commissionis interim possessionē beneficii liberè in alium transferre poterit, nec revocabitur per viam attentati, quia tunc cessat vitium litigiosi ratione dictæ clausulæ, quod alias si non apponeretur dicta clausula induceretur, namque & resignatio lite pendente videtur prohiberi, juxta not. *in dec. 3. ut lit. pen. in not.* ut hæc latius deducit Gomes. *in reg. cancellar.* in compendio utriusque signaturæ *fol. mihi* 121. à tergo & ibi declarat quidem hoc est verum quoad reum, quia quoad actorem post decretam citationem inducitur litis pendentia ad effectum, ut locum habeat regula de subrogandis, item per eundem actorem impetrari non poterunt nova privilegia non facta mentione de prędicta lite, item quia dictus actor non poterit cedere jus suum ante terminum ad articulandum ut per Gomes. uti supra. Et † non solum in libello, sed etiam in rescripto ha- 7
benda est mentio de attentatis, quando impetratur judex super eo non revocatione. Fel. *in c. ex tenore col. 2. ex de rescriptis.* Manfred. *concl.* 32. unde dicebam quòd † qui narravit factum super revoca- 8
tione ex his quæ in fraudem, & non super attentatis non poterat ex his obtinere non obstantibus illis clausulis salutaribus ut in eo contigit qui turbat & petebat se confirmare contra intrusum lite pendente non dixerat de attentatis.

Conceditur commissio quoque quod simul & semel cognoscatur, & judicetur de nullitate sententiæ innovatis sive attentatis, & negocio principali ne continentia causa dividatur, & fiant plura registra in damnum partium ligantium, & consue-

vit addi in tali commissione conjunctim, vel divisim prout præfato judici videbitur, quod fit ea ratione, quia forte posset expedire partibus, ut non omnes causæ simul & semel definirentur ut *cap. 2. ex. de cau. poss. & prop.* ut de his latè per Staphil. *in ti. de commiss. lit. just. §. spoliatus col. fin.* nota tamen † 9 quod commissio, quod simul & semel, si de una prius constet, non tollit quin de ea possit judicari, ut in casu, in quo commissio fuerat impetrata, super nullitate censurarum, & per aliam partem quod procedatur, simul & semel, super prætensa nullitate, & confirmatione, vel infirmatione sententiæ, ut per Staphil. *in d. ti. §. si pars innodata, & §. quando hæres.* 10 Judex † attentatorum est judex, à quo si ipse velit revocare sine præjudicio appellationis, quia hoc ei licet, judex ad quem est judex ordinarius quando causa hæc ordinarie agitur: & judex nullitatis quando de nullitate cognoscitur seorsum ab appellatione horum partem Franc. *in cap. dilecto. de appel. partem* Alex *cons. 2. lib. 2.* Manfred. *concl. 8.* & partem ex alibi per nos dictis probantur, & practica est † 11 quod si appellans vexatur ab appellato, vel judice ut quia pignoratur mulctatur, & id genus, is compareat coram judice appellationis, & narrato facto petat omnia attentata revocari, & in pristinum reduci, & solet dari commissio judici appellationis, quòd revocet attentata, prout de jure, quia non omnia attentata veniunt revocanda, ut de his, per Manfred. *concl. 76.* & quando peti possit revocatio attentatorum coram judice à quo, & quomodo practicetur, tetigi infra in ampl. & nota signaturam, ad favorem reorum ut præfixo brevi termino, ad docendum de attentatis, in meritis procedatur, quia

quia non itur per tres conformes Cassad. *dec.* 4. *de dilat.* Vestr. *in tit. de attent.* Manfred. *concl.* 79.

Nota † quod licet commissio super attentatis videatur super attentatis de præterito, tamen veniunt & postea attentanda, quia solet dici attentata quæcunque revocandi *arg. not. in cle.* 1. *de sent. excom.* & judex ex officio sine alia commissione, id facere potest. *ut cap. non solum. de appell. in* 6. commissio talis non fiat alii iudici, quia tunc solum præterita † quia fiat diversitas, inter iudicem causæ & alium cui talium attentatorum revocatio committatur, ut est diversitas, quia per appellationem à gravamine coram iudice causæ, non impeditur causa attentatorum coram alio, sive bene sive male sit processum, & secus est coram iudice causæ, quia eius iurisdictio suspenditur quoad omnia, idemque procedet multiplicatis attentatis coram illo alio, qui occasione attentatorum consequitur eam jurisdictionem, & vide Bero. *q.* 220. ubi dicit, quod commissa causa attentatorum in præteritum intelligitur, & Manfred. *concl.* 34. dicit quod veniunt incidenter, ex officio iudicis post attentata. 12 13

¶ Præterea si agatur de nullitate contra rem iudicatam cum potestate inhibendi, cautum est signari sine præiudicio rei iudicatæ, vel si est executum sine præiudicio legitimæ executionis, quippe cum nihilominus executio facta contra talem inhibitionem non operetur revocationem attentatorum, quia † nullitas per modum actionis non impedit rei iudicatæ legitimæ executionem, etiam si incontinenti probetur, licet per exceptionem secus *iuxt. no. per Rot.* 2. *licet de excep. na. alias* 280. & per Staphil. 14

phil. *de lit. iustit.* §. *in primis.* postea obtineat attentata revocari poterunt, ut per Vestr. *in tit. de nullit. lib.* 8. sed super hoc forsitan expectabitur res judi-
15 cata † Qualis petitio supra hæc attentata requiritur, ut per Manfred. *concl.* 35. & libellus concipitur ut narrato facto innovatum petatur revocari, judicis officio. ut per Dec. *in c. consuluit Doct. in c. dilect. de appell.* Manfred. *concl.* 39.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo procedatur, circa expeditionem attentatorum. vide ibi latè.*

2 *Attentata, petuntur revocari incidenter, & nullo juris ordine servato.*

4 *Causa attentatorum, expeditur, ante negotium principale.*

5 *In causa attentatorum, non requiritur observatio terminorum.*

5 *Sufficit auditori fieri fidem de appellatione, & extare attentatum, quo facto, immediatè potest revocare attentata, aliis terminis non servatis.*

6 *Dilatio datur ad arbitrium, in causa attentatorum.*

7 *Cum processu attentatorum, fit summarius, dici potest, quòd in eo non requiratur publicatio processus, non conclusio, non dabitur repulsa, & quod privilegia concessa, in cle. sape, de verb. sign. videantur huic causæ concessa.*

8 *Attentatum si fuerit, etiam post conclusionem in causa poterit instari pro revocatione attentatorum & supersedebitur, in negotio principali. Idem post sententiam, ut ibi.*

9 *Sententiæ, in notulis descriptæ, in Curia Rom. debent aperiri intra x. dies, alias resolvuntur.*

10 *Cognitio summaria, in favorem attentatorum est privilegiata, in favorem illius, contra quem fuerit attentatum, & ideo si ille in prima dilatione, non probaverit incumbentia, poterit petere secundam, & tertiam, & ex causa quartam. & ut ibi.*

11 *Legitimatio personarum, requiritur in quolibet judicio, etiam maxime summario.*

12 *Legitimatus in negotio principali, dicitur habere legitimam personam, etiam quo ad incidentia.*

13 *In*

13 *In processu attentatorum, licet summario, pars est citanda, toties quoties, alias esset citanda ratio ibi, & omnium productorum danda copia parti, cum termino ad opponendum, ut ibi.*

14 *Iudex quomodo procedat circa revocationem attentatorum, stante rescripto avocatorio, vel commissorio, ut ibi.*

In quacunque parte judicii attentata possunt peti revocari, & quomodo hoc intelligatur, num. 15.

16 *Ad revocationem attentatorum duplici via principaliter proceditur, ordinaria, & extraordinaria, ut ibi latè.*

17 *In utraque via, procedendi ad revocationem attentatorum, requiritur litem pendere, & attentatum esse, post litis pendentiam. & hæc sufficiunt, licet instans pro revocatione, non probaverit se possedisse. ratio ibi. limita tamen ut in num. 21.*

18 *Diversitas, quando res tractatur in judicio ordinario, & quando in summario.*

19 *Vtilitas, qua potest causari, quando attentata, ante omnia, revocantur.*

20 *Causa attentatorum, necessario, tractatur cum negocio principali, in omnibus casibus, in quibus constat attentata, ante omnia non esse revocanda.*

21 *Sententia, quomodo sit ferenda appellatio, quomodo interponenda, & executio quomodo facienda.*

De processu in causa attentatorum.

Caput XIIII.

NUnc videnda sunt aliqua de processu circa attentata, *Rot. 2. utrum post quam de appell. 1.* per Bisig. dicit, quod † attentata lite pendente, expediuntur officio judicis, & quod in tali causa proceditur sine libello lite non contestata, & juris ordine non servato *per gl. in clem. 2. ut lit. pend. in princ.* idem scribit Vestrius *lib. 8. in tit. ut lit. pend.* Manfred. *concl. 4.* & hoc procedit quando ad revocationem attentatorum proceditur ex officio judicis, ut ante omnia talia attentata revocentur per viam extra

† 1

ordinariam, hoc enim casu proceditur lite non contestata, & non servata aliqua terminorum observantia sive in prophanis, sive in spiritualibus causis, ut per *Rot.* 14. *fuit dubitatum de rest. spol. in no.*

2 ubi plus dicit Rota † quod attentata petuntur revocari incidenter, & nullo juris ordine servato, quinimmo judex ex mero puroque officio, illa in pristinum statum revocabit non ut jure actionis, sed ex officio suo meroque puroque id facere potest quod majestas dignitatis suæ fuerit offensa, idem sentit *Rota* 1. *de offic. judic. in antiq.* ubi illa Rota

3 asserit causam † attentatorum expediri ante negocium principale, & putat sententiam illam super attentatis, esse interlocutoriam, idem ponit *Rot.* 13. *not. quod si constat alias* 348. *de rest. spol. in antiq.* dicens processum attentatorum esse summarium, & de plano attentata revocari. Manfred. *concl.* 199.

4 quia ratione † in causa attentatorum, non requiritur observatio terminorum, ut per *Rot.* 78 *sciendum est, alias* 765. *de appell. in antiq.* & ibi Rota dicit,

5 quod † sufficit auditori fieri fidem legitimam de appellatione, & extare attentata quo facto immediate potest revocare attentata aliis terminis non servatis & sequitur eandem Rotam Cassad. *dec.* 4.

6 *de dilatio.* Manfred. *conclu.* 77. & † dilationem ad arbitrium dari in causa attentatorum Afflict. *dec.* 351. Manfred. *conclus.* 78. & in causa attentatorum procedi ut in causa nullitatis additio ad *Rot.* 3. *col. pen. de rescript. in no.* in qua dicit distingui aut agitur

7 principaliter aut incidenter & † cum adeo sit summarius processus attentatorum dici potest quod non requiretur publicatio processus, non conclusio, non dabitur repulsa de qua alias dicemus, & in

effe-

effectu quod privilegia concessa *clem. sæpe de verb. sign.* videantur huic causæ concessa, unde forsitan inferri potest quidem etiam tempore feriarum procedi poterat, quod maxime procedit etiam si tali tempore fuerit attentatū ut in simili dicitur, quod licet ante omnia sint revocanda attentata, & interim supersedeatur in negotio principali, & id procedat ante conclusum in causa † tamen si post con- 8
clusum in causa, fuerit attentatum etiam postea poterit instari, pro revocatione attentatorum, & supersedebitur in negotio principali, ut per Vestrium in loco supraallegato, & per vitalem in clausula *nil novari col. 6.* qua ratione dicebam, quod si post sententiam prout in notula aliquid attentetur instari poterit, pro revocatione attentatorum, quod facile contingere potest, quia ego vidi sententias prout in notula retinere ante aperturam plusquam per annum etiam in causa appellationis, in quo dubito, quod si in curia & negligentia appellantis causa non expediatur ne sit causa deserta, quia per obliquum alias concederetur quod directo non permittitur.

¶ Licet † in Romana Curia intra decem dies sint 9
aperiendæ alias resolvuntur, cur? Item cum ex prædictis concludamus processum hunc summarium & de plano, & forsan sola veritate inspecta, privilegia quæ de jure coram uno vel statuto, vel consuetudine talibus processibus tribuuntur, huic processui quadrabunt.

Hæc autem † summaria cognitio in favorem at- 10
tentatorum est privilegiata in favorem illius, cui fuerit attentatum, & ideo si is contra quem fuerit attentatum in prima dilatione, non probaverit incumbentia poterit petere secundam & tertiam, &

ex causa quartam, & ubi jus commune ad amussim servatur unum ad arbitrium, vel plures ut placuerit judicis, juxta *l. j. C. de dilationib.* quinimo dicebam quandoque quod ex nova instantia, super attentatis, si judici videretur esset id concedendum, unde dicebam in materia nostra, quod stante Perusiæ consuetudine quod attentata ante omnia revocentur: deinde assignetur terminus ad probandum, in specie si ille terminus fuerit elapsus, adhuc poterit instari & probari sine termino, vel per scripturas, & si id factum fuerit, antequam fuerit citatus adversarius ad sententiam super revocatione in specie sufficit, plurimum tamen circa hoc posset arbitrium judicis, quia cum multa contingere possint, ex quorum causis diversa sint observanda, hæc erunt magis arbitraria *iux. no. in l. j. ff. de iure delib.* Vantius præsertim procedendo in causis appellationum.

¶ Non est tamen adeo summarius iste processus,
11 quin requiratur legitimatio personarum, quia † in quolibet judicio requiritur legitimatio personarum, etiam maxime summario ut *in l. fi. C. de edit. D. adr. toll.* & scribitur per Ias. *in l. ij. C. de ed. D. adria.* & ideo servis non potest intervenire in hoc judicio ut per Manfred. *concl.* 226. & in hoc nota quod in summario processu, potest contingere iste summarius processus super attentatis, ut exempli gratia *in d. l. fi. C. de edict. D. adr.* quia possunt multa attentari. Plane si multa essent attentata, hinc inde singula essent revocanda ab ultimo incipiendo juxta *no. in c. fin. de ord. cog.* quia causa attentatorum facit litis pendentiam, de quo puto me alias dixisse.

12 Verum † si in negotio principali, quis esset legitima-

timatus pro legitima persona, etiam ad hæc incidentia diceretur habere legitimam personam *arg. not. in l.ij.ff.de iurisd.omn.iud.* Item † non est adeo 12
summarius quod pars non sit citanda, toties quoties alias esset citanda, quia citatio respicit ad causæ decisionem. *l.in causæ §.in causæ ff.de minori.* item o- 13
mnium productorum, est facienda copia parti, alias non dicitur quid productum, nisi facta copia cum termino ad opponendum, contra ut per Bar. *in extravag. ad reprim. in ver. de plano*, & per Ripam *de jure gent. resp. 1. col. fin.*

¶ Ex his dicebam † quod stante rescripto avo- 14
catorio causę, vel commissione causæ appellationis vel reassumptionis causarum judex prius cognoscit de veritate, & surreptione rescripti; inde de devolutione sine causa appellationis, & cum cognoverit se judicem competentem id pronuntiat, & post cognoscit de revocatione attentatorum *arg. no. per additionem ad Rot. 3. alias 11. de appell. in no.*

¶ Non est etiam adeo summarius iste processus ut ea quę concernunt, causæ veritatem sint sublata, & ideo super iisdem vel directo contrariis examen non dabitur nisi juxta *not. in cap. paternitatis, de testibus* item si in appellationibus non fuerint servata requisita, continget desertio ut in *c. ab eo in c. ut super de appel. in 6.*

¶ Notandum est, quod si de causa attentatorum cognosci ceptum est cum negotio principali non potest rediri ad extraordinariam viam, ut ante omnia fiat revocatio secundum Dec. *in l.j. C. de bon. poss. sec. tab.* sed in hoc contra scribit Gemin. *in cap. non solum in prin. de appell. in 6*, & Franc. *in c. dilecti col.*

col. 2. de appell. videlicet, quod in quacunque parte judicii peti possunt revocari attentata, ita ut sive prius via ordinaria sive extraordinaria ceptum sit de una ad aliam rediri possit, quod cum non sit astrictum ad unam magis quàm plures vires forsitan ad plures trahi posset, nec remedium hoc extraordinarium cessat propter ordinarium, quia est pinguius ut per *Rot. 62. si lata de appel. in no.*

15 ¶ Hæc vera sunt, & procedunt † quando agitur extra ordinem ut ante omnia revocentur attentata, secus vero est si una cum negotio principali tractentur attentata, & de eorum revocatione agatur,

16 namque † ad revocationem attentatorum, duplici via principaliter procedimus ordinaria, & directæ petitionis simul cum causa principali, ut expectetur finis litis, & à quibusdam idem modus dicitur, per viam injustitiæ, ut per Vestrium *in pract. lib. 8. in tit. ut lit. penden.* sub quo venit, & ille modus ut etiam causa deserta sit facienda revocatio attentatorum, juxta no. per *Rot. 1. de appel. in no.* & nos alias scripsimus, qua ratione requiretur libellus, & cum processu principali, poterit aptari & ordinari, & cumulari, & circa terminos, & circa probatoria, hanc vel illam causam suspendendo, quousque simul decidi possint ad arbitrium judicis, *juxta l. j. C. de jure deliberandi*, & ideo hoc casu libellus erit certus & clarus, parte opponente Dec. *in c. consuluit, col. 3. de appel.*

¶ Altera via est, de qua supra locuti sumus, qua procedimus extra ordinem, judicii ordine non observato, per officium judicis mercennarium quo magis properantes petim⁹, ante omnia attentata revocari, & per hanc viam resultat effectus suspensivus ut interim taceatur in negotio principali, ut *in*

d.c.

d.c. non solum, de appell. in 6. & id non solum in negotio principali, sed in causa nullitatis si ea penderet, scribit Afflict. *dec. 98. nu. 4.* & hic sufficit simpliciter sine distinctione petere attentata revocari, & ita intelligantur opin. *Doct.* de quibus *in d.c. consuluit*, & ibi adverte ad id quod dicit Decius, quòd attentata ut ante omnia revocentur debet peti, ante processum ad anteriora, quia aliás hoc probavimus & diximus, quod quandocunque peti possunt revocari, nota quoque quod Dec. ibidem videtur requirere quod in appellatione judiciali dicatur attentatum, post appellationem in extrajudiciali contra appellationem, & distinguendum utrum per judicem, an per partem, quod ego probarem in judicio ordinario, non extraordinario, quia per partem attentata, ac facto definito sunt revocanda, ut per Doc. *ad c. consuluit.*

¶ In utraque tamen requiritur eadem probatio † hoc est litem pendere, & innovatum post litem 17
pendentem, ut per Jo. monachum in *c. cupientes in gl. magna, de elect. in 6.* Bald. *in l. appellatione col. 2. vers. q. utrum attentata. C. de appell. ubi Salyc. col. 3. n. 7. vers. q. utrum attentata*, ita ut hæc sufficiant etiam quod instans pro revocatione attentatorum, non probaverit vel non probet se possedisse, quia tale innovatum sibi præjudicare potest, quinimmo etiam innovatum per partem, cum tertio potest instari ut revocetur ut per *Rot. 3. n. 4. vers. utrum innovata de appell. in no.* Vestrius *in pract. lib. 8. in tit. de lit. penden.*

¶ Commune quoque est utrique causæ, ut partis citatio requiratur in revocatione attentatorum, ut supra diximus, ut per Dec. *cons. 20.* & per Marant.

sexta

sexta part. de ord. judic. nu. 392. & propterea dicuntur attentata revocari causa cognita ut per Manfr. *concl.* 59.

18 ¶ Diversitas in reliquis est † quia unum ordinarie tractatur in quo judicio ordinario, requiritur libellus, litis contestatio, dilatio, & ceteræ solemnitates, de quibus in locis ordinariis, in hoc autem summario proceditur breviori manu & quasi manu regia.

19 ¶ Illud quoq; est valde considerabile, quia † revocatio ubi fit ante omnia suspendit ad negotium principale, unde multa oriri possunt in practica cõmoda, & præsertim, quia si in negotio principali is contra quem esset attentatum reportaret sententiam contra, parum sibi prodesset attentata revocari, nisi ratione diversitatis judiciorum vel pœnæ, & cautela esset tunc, quod suspenderetur negocium principale per propositionẽ ut ante omnia in causa attentatorum procedatur, quod fieri potest ut diximus, quia in quacunque parte judicii, & in causa appellationis termini rediguntur, ut sint perinde ac si tempore litis contestatæ juxt. not. in l. cum apud ff. judic. solvi. quod sæpius fieri posse, de uno ad aliam redeundo, quidam senserunt. Et hæc multum utilia sunt, quoad attentata circa possessionem & fructus, & expensas, & ad accommodandum processum circa tempora, & qualitates.

20 ¶ Necessario autem urgemur † tractare causam attentatorum, cum negocio principali in iis omnibus casibus, in quibus constat attentata, ante omnia non esse revocanda, ut per *Inn. in cap. constitutus. de filiis presby. in c. significasti. de divort.* Rota 14. *fuit dubitatum de restit. spol. in no. & 55. ut lit. pend. in no.* &

per

per Vestrium *in d. pract. pag.* 155. casus autem istos prosequemur infra.

¶ Licet autem, ut diximus agenti ad revocationem sint duo probanda innovatum & lite pendente licet non possessionem suam, ut per Bisign. *Rot.* 2. *de appell.*† tamen si ille qui prætenditur attentasse 2 1
de jure præsumeretur in attentato prætenso extitisse, id est possedisse, vel iste contendere se in eo esse & possedisse tempore litis inchoatæ, ulterius instanti pro revocatione attentatorum, hoc esset probandum quod scilicet, ipse instans possidebat, vel adversarius non possidebat, si aderat præsumptio vel causa verisimilis quod ita esset, ut per Inn. *in c. bone de appellat.* & est ratio, quia talis non dicitur innovare, sed jus suum continuare, ut per *Rot.* 3. *nu.* 4. *vers. utrum innovata de appel. in no.* Vest. *in pract. lib.* 8. *in tit. ut lit. pend.*

¶ Quomodo autem sit ferenda sententia videlicet in scriptis, an sola voce rogato notario, dependet ab illa quæstione, an hæc sententia sit definitiva, vel habens vim definitivę, an interlocutoria, postremo enim hoc casu sufficit, quod sine scriptis, at in illis aliter est observandum, ut per *Doct. in l. j. C. de senten. ex brevi c. recita.* appellatio quoque moderanda concipienda, & justificanda est ex ea, an sit definitiva vel quasi, an interlocutoria, executio vero plenarie facienda priusquam aggrediamur negotium principale, quæ alias tractavi convenientibus suis locis.

SVMMARIVM.

Petens revocationem attentatorum, & sic actor, quid teneatur probare, & quid reus. ibi diffusè usque per numerum 10.

2 *In judicio possessorio, requiritur spolium.*
3 *Quod juste fit, pœnam non meretur.*
4 *Attentatum, sive spoliatio, an probetur per instrumentum? ibi remiss.*
5 *In materia attentatorum, an sit necesse probare plenè, vel semiplenè? ibi remiss.*
6 *Ad obtinendum circa attentata, non sufficit probare innovatum, per procuratorem generalem, sed requiritur mandatum specialissimum, ibi remiss. vel ratificatio tacita vel expressa.*
7 *Tutor, vel curator, vel procurator, si in lite sua, attentaverit, videtur facienda revocatio, quia, post litem contestatam, videntur effecti domini litis.*
8 *Si tertius attentavit, quomodo fiat locus remedio attentatorum, ibi remiss.*
9 *Si constat attentatum, sed ignoratur per quem judex, ex officio, poterit revocare.*
11 *In materia spolii, & attentati, vide remiss.*
12 *Receptio testium, etiam non assiturorum, super articulis expresse non admissis, valet in materia attentatorum, & in quacunque causa beneficiali, quod intellige ut ibi.*
13 *Declaratio, dubii intellectus, super illa verba, super capitulis, expresse non admissis.*
14 *Leviores probationes, videntur sufficere in materia attentatorum, cum sit summaria.*
15 *Quid probandum sit, stante appellatione à diffinitiva, & quid in causa appellationis, à gravamine, limita tamen ut ibi.*
16 *Multa, quæ reo proderunt, si probata fuerint.*

Quid probandum circa attentata.

Caput XIX.

1 IN materia attentatorum † quid sit probandum, pro parte petentis revocari attentata, videtur quod actor teneatur ad probandum litis pendentiam, & innovationem ut scribit Jo. Mona. *in c. cupientes in gl. magna. de elect. lib. 6.* Bal. in *l. appellatione col. 2. vers. quæro utrum attentata. C. de appell.* & scribitur per Vestrium in *pract. pag. mihi* 156. quia in revo-

revocatione attentatorum non quæritur an quis possideat, sed attenditur solum status primus in quo erat pars antequam attentaretur, licet † in judi- 2
cio possessorio requiratur quod quis fuerit spoliatus, ut sentit *Rot.* 1. primus in data de restit. spol. in antiquioribus, sed & sufficit probare possessionem, sive simplicem statum tempore appellationis interpositæ, ut per Franc. *in c. bonæ num.* 14. *de appell.* Nicele. *concordat. gl.* 6. *num.* 112. Manfred. *concl.* 41. & sic tempore litis inchoatæ, sufficit probare possessionem licet non probetur tempore attentati, & ita post innovationem Casiad. *decis.* 3. *de restit. spol.* Manfred. *conclus.* 43. nisi fortasse detur casus in quo lis sit adeo antiqua & quæ habeat multa capita, ut juste sit immutatus talis status consideratus tempore 3
litis inchoatæ, quia † quod juste fit pœnam non meretur. Manfred. *concl.* 6. dicit quod sufficit probare appellationem, & innovatum. Quod non requiratur probari spolium Manfred. *concl.* 24. quando autem sit probanda, causa appellationis *Rot.* 38. *de appell. in no. & Rot.* 58. si appelletur *eo tit. in no.* item quod appellatio probari debeat & non sufficiat per confessionem partis *Rot.* 30. *appellat. no.* & quis teneatur deferre processum, vide per Vestrium *in pract. in tit. de appel.* & in causis episcopalibus hodie ex Concilio Tridentino, quædam forma videtur statuta, ut per appellantem processus sit deferendus. Item † an attentatum, sive spoliatio probe- 4
tur per instrumentum vide per Thom. *fast. caus.* 1. *dub.* 3. *& dub.* 41. & quæ alleg. *ad l. qui universas. §. qui per colonum. ff. de acq. poss.* Item † an plenè an semiple- 5
nè sufficiat probare in materia attentatorum Bero. *in ca.* 1. *nu.* 39. *de appell. & remiss.* per Mäfr. *concl.* 203.

6 ¶ Item nota † quod ad obtinendum circa attentata nõ ſufficit probare, innovatum eſſe per meum procuratorem generalem, quia in mandato generali non venit quod delinquatur, ut per *Rot.* 7. quoad revocationem, ut *lit. pend. no. Faſtol. dub.* 19. & quidem requiratur ſpecialiſſimum mandatum Manfred. *concl.* 15. ubi alleg. Jaſ. *in c. eum. qui de præben. in 6.* ratificatio tamen tacita vel expreſſa, ſufficeret *arg. reg. rati. de reg. jur. 6.* Verum † ſi tutor vel
7 curator, vel procurator *in lite* ſua attentaverit, videtur facienda revocatio, quia poſt litem conteſtatam videntur effici domini litis, ut per Doct. *in l. neque C. de procurat.* Unde veniunt attentata per tales contra eoſdem revocanda, ut per Manfr. *conc.* 220. *& per Rot.* 30.

8 ¶ Si † tertius attentavit, quomodo fiat locus remedio attentatorum, vide per *Rot. Biſig.* 4. *de appell.*

9 ¶ † Si ignoretur quis attentaverit, cum conſtet attentatum ex officio per judicem fieri poterit revocatio. Item circa id quod de procuratore dixi facit *deciſ. Ægid. concl.* 551. ubi vult quod procurator datus ad acceptandum poſſeſſionem, non debet ſpoliare niſi cum primum dominus ſciverit, non contradixerit. Item niſi propter moram, purgando factum tale præſumeretur ratificatio, cujus non ſufficit verbo revocatio, ſed opus eſt mandato, ad deſiſtendum.

10 ¶ † Ex parte vero rei, reus niti debet probare agentem ſuper attentatis jus nullum habere, ut per *Rot.* 1. *de reſtit. ſpoliat. Biſig.* quin præterea probare quod notorie conſtat de non jure agentis, quæ exceptio impedit reſtitutionem attentatorum, ante omnia, ſed niti debet probare ſe eſſe in caſu, in quo

revoca-

revocatio attentatorum ante omnia non est facienda, de quibus aliás me scripsisse memini.

¶ Item ultra prædicta † circa materiam spolii, & 11
attentati per procuratorem, vide Ægid. *concl.* 510. conclusio quod si inferior, ubi dicit, quod si inferior commendator deducit contra superiorē commēdatorem spoliationem factam, per B. & M. familiarem dicti superioris commendatoris, & de mandato ipsius, & dictus superior commendatur excusando se, ne de injuria teneatur, dixit hoc factum fuisse, per Jo. ejus vicarium eo invito, & ignorantem non bene excusat, ideo tunc quod illud, quod deducit spoliatus & possibile est, hæc facta multiplicia. Iterumque *concl.* 512. dicit quod non valet, ad excludendum restitutionem, quia dicat superior commendator, quod ex ignorante facta est spoliatio postquam eum de facto ad hæc detinet spoliatum, item *concl.* 512. quod si dicat dicit, quod si dicat superior commendator se non spoliasse, sed dedisse custodem beneficio vacanti, non bene se defendit in judicio restitutorio, quia eo ipso, quod illum venientem non admittit spoliat, & quia calumnioſe legitur quia isto modo ordinariis datur occasio omnes spoliandi.

¶ Item nota quod in materia articulorum super attentatis dicit *Rot.* 10. *si nota valet alias* 156. *de testib. antiq.* † quod valet receptio testium etiam non af- 12
futurorum super articulis expressē non admissis, in materiam attentatorum, & etiam in quacunq; causa beneficiali, dum tamen sint de jure dantis, & termini consueti servari, nam eo ipso quod testes recipiuntur admittuntur articuli saltem tacitè, ex qua ratione † dubius intellectus illorum verborum, su- 13

per capitulis expressè non commissis, declaratur ut intelligatur de non recitatis expresse, licet non admissis expresse, cum alias dicta verba intelligi possint de rejectis expresse & non videtur recipiendū.

14 ℣ Videntur quoque † sufficere leviores probationes in materia attentatorum, quia cum sit summaria in ea leviores probationes requiruntur, juxta notata per Bar. *in extrau. ad reprim. in verb. summarie*, nisi dicamus illam esse summariam, quoad ordinem procedendi non quoad probandum, & in possessorio beneficiali, summariam cognitionem & leviores probationes Ægid. *concl. 50. 99.* Gomes. *de non judic. ut non exped. q. 5.* & sufficeret semiplenam probationem Dec. *concl. 12. c. dilecti num. 25. de appell.* unde & causa dici potest, quòd si probarem talem attentasse circa multa & non apparuit quod juramentum forsitan deferri poterit juxta *not. in l. admonendi. ff. de jurejuran.*

15 ℣ Nota † quod stante appellatione, à definitiva sufficit probare solam appellationem & statum eo tempore. Sed in causa appellationis à gravamine non sufficit simpliciter ostendisse appellationem, sed requiritur inhibitio, ut in *c. non solum. ex. de appell. lib. 6.* nisi appellatio esset justificata, ex eisdem actis, vel nisi appellatio esset non à mera interlocutoria, sed ab habente vim definitivæ ut mihi contigit in pronūtia judicem competentem, in qua cum esset appellatum, & expressa causa & ante inhibitionem deventum ad inducendos testes, *feci* talia revocari, in quo & illud accidit quod induxit ante inhibitionem, sed examinavit & juravit postea, unde multo magis illa feci revocari.

16 ¶ Pro † reo vero multum prodest probare litem esse

esse finitam, non legitime appellatum, non innovatum, non inhibitum, quę sunt facta esse confirmanda de notorio non jure instantis, & de jure suo informare judicem, ut is non moveatur pro suo interesse ad revocandum, quod plerunque evenit in aliis judicibus & successoribus.

SVMMARIVM.

1 *In curia Romana, non dantur litteræ remissoriæ, pro examinandis testibus ad partes, ne detur materia calumniandi, & prorogandi lites, nec in aliis curiis de iure communi, nisi alia sic consuetudo, vel ex causa, quæ iudici videatur.*

2 *In appellatione ab interlocutoria super attentatis, possunt iurare testes, & recipi, quod non est in cæteris interlocutoriis.*

3 *Deputatus ad certam causam audiendam, non potest committere receptionem testium, vel alium actum, requirentem causæ cognitionem, sed nudam examinationem sic.*

4 *Remissoriæ non dantur, ubi quid, per scripturam probari potest.*

Actor, debet venire paratus.

5 *Partes si non conveniunt, super dirigenda remissoria ad quem remitteretur ad auditorem contradictarum.*

6 *Remissio ad partes, non potest concedi per auditorem, nisi utraque parte petente, vel altera, altera consentiente, & multa ibi circa remissorias.*

7 *Remissoriæ pro examinandis testibus, non dantur ante litem contestatam, ratio ibi.*

Ante litem contestatam, quis non dicitur agere, sed agere velle.

8 *Iudex quomodo procedere debeat circa examinationem testium, in causa ardua.*

Reus non tenetur aliquid solvere pro interrogatoriis, quæ dedit ne juvet actorem circa expensas.

Circa media causæ, æquè favetur actori, & reo.

9 *In omnibus casibus, in quibus ad probandum spolium, datur remissoria, in iisdem detur ad probandum attentata, quia attentata sunt magis odiosa, & magis punienda.*

Non minus subveniendum est offenso, post litem contestatam, quam ante.

10 *Dilatio ad defendendum spolium, debet denegari reo fugienti, quando ex parte actoris fuit aliquid probatum super spolio etiam si non plena sit facta probatio, & quomodo hoc intelligatur.*

11 *Attentata, ubi probari non possent, & judici liqueret, ex informatione, quod non animo calumniandi, remissio talis peteretur, talem remissionem concedere posset, ne probationes angustarentur.*

12 *Si pars offerret se conducturam testes in curiam sumptibus illorum quorum interest, & peteret dilationem, ut ibi arbitrio judicis remittendum.*

13 *Cautela, ut testes examinentur in partibus, licet nulliter, & producantur, justificabunt etenim non intervenire calumniam, ad remissoriam concedendam.*

14 *Observantia praticorum, ad restringendas lites, & ne causa attentatorum prolongetur.*

Nemo cogitur, invitus, agere.

De remissoriis concedendis in materia attentatorum.

Cap. XVI.

CIrca prædicta, & processum circa attentata advertendum præterea est, quoniam sæpe contingit in curiis universalibus peti literas remissorias pro examinandis testibus in partibus subditis, vel forsitan in regione aliena. *Rota* 10. *nota quidem ubi alias* 89. *de appell. in antiq. & Rot.* 7. *nota servat audientia alias* 220. *de appellat. in antiq.*† dicunt quod
1 in curia Romana non dantur remissoriæ pro examinandis testibus ad partes ne detur materia calumniandi, & lites prorogandi idemque scribit additio ad *Rot.* 4. *attentata alias* 57. *ut lit. pend. in no.* ad hæc Vestrius *in pract. pag. mihi* 157. & Cassad. *decis. fin. de dilationib.* Verum est quod *Rot.* 85. *in no.* dicit†
2 quod

quod in appellatione ab interlocutoria super attentatis possunt jurare testes, & recipi quod non est in cæteris interlocutoriis, ut sit sensus quod licet alias appellatio ab interlocutoria justificari ex eisdem debeat, tamen non procedit in sententia super attentatis, & re vera hoc est, quia in tali casu videtur potius definitiva, quam interlocutoria & non longe abest quod in tali materia valeat receptio testium non affuturorum super articulis, expresse non admissis (non tamen rejectis) secundum quod intelligitur *Rot.* 105. *in no* & sentit Manfred. *concl.* 13. *& concl.* 14. quod videtur respicere summariam cognitionem circa attentata, de qua supra locuti sumus. In cæteris autem curiis, si alia non est consuetudo quæ circa hoc videtur attendenda, videtur hæc causa resolvenda de jure communi, quod regulariter non solent concedi, hujusmodi remissoriæ ad partes nisi ex causa quæ judici videatur, ut in *aut. apud eloquentissimum. C. de fid. instrum.* & per Fel. *in c. cum causam. de testibus*, ubi declarat materiam *d. aut. & Rot.* 3. *delegatus alias* 164. *de offic. deleg.* in not. dicit quod † deputatus ad certam causam audien- 3
dam non potest committere receptionem testium, vel quemcunque alium actum, causæ cognitionem requirentem, sed nudum ministerium sive nudam examinationem testium per eum receptandorum, bene committere potest, & † ubi per scripturam aliquid probari potest, ibi non datur remissoria ut 4
per *Rot.* 10. *alias* 266. *de offic. deleg. in no. & dec.* 44. *de testib. in antiq. alias* 699. dic quod si in aliqua & illa causa, secus autem non intelligitur in causa attentatorum, secundum prædicta, & notanda est *Rota* 45. *eo tit.* quod si aliquis petat remissoriam, ad partes

vel requirat compulsoriam ex causa, quod talis non debet admitti, ad petendum prædicta nisi constet de ejus potestate legitime, et si parte vocata non fit fides de mandato, & pars adversa petat se licentiari debet audiri, quia pars actrix debet venire parata, & quod hoc tenent aliqui auditores, Rotæ sacri Palatii, & subdit quod alii tenent contra videlicet quando ille qui petit caveat de rato sub pœna, & quod intra certum tempus afferret mandatum, in quo videtur residere, quia ultimo loco & dicit alii, & idem sentit summarium & nota *decis.* 43. *eo tit. alas* 663. quod † ubi partes non conveniunt super dirigenda remissoria ad quem, si nec in eum, quem auditor proponit Dominus, ille remittet ad auditorem contradictarum, item nota † quod remissio ad partes non potest concedi per auditorem nisi utraque parte petente remissionem vel si altera, altera consentiente, namque alias commissio à Vicecancellario requiritur, item reportata commissio remissoriæ non potest ab auditore aperiri, sine commissione Vicecancellarii, ut per *Rot.* 39. *eo tit. de testib.* item nota quod postquam literæ remissionis sunt bullatæ, licet articuli non includantur, sine commissione in causa, ad ulteriora procedere auditor non potest etiam, quod pars renuntiet remissoriæ, quia Papa manum apposuit, & hoc concordat cum eo quod sine Vicecancellario, non possunt dictæ literæ aperiri, ut per *Rot.* 33. *de testib. in antiq.* item ad id facit quod † ante litem contestatam, non datur remissoria pro examinandis testibus, etiam valetudinariis, quia alias expiraret jurisdictio auditoris, & ante litem contestatam non dicitur quis agere, sed agere velle, ut per *Rot.* 37. *de testib. in antiq.* & dicit

Capit.

Capit. dec. 90. in causa magnificorum Do. Bartholomæi, quod † judex in causa ardua, testes suæ jurisdictioni subditos deber facere, venire coram se, & receptis juramentis poterit committere notario examinationem, quod sensisse quoque videtur Alex. *in l. hac consultissima* §. *si quis autem C. de testam.* propter multitudinem etenim negotiorum sæpe judices non possunt id facere Perusiæ, plerumque interveniunt examini quidam judices, sive jurisperiti ex consuetudine, ut puto magis quã de jure & sentit Capitius, ibi quod quia extra provinciam testes cogi non possunt, nisi suspicio subsit concedi possit remissoria. 8

¶ Item nota *dec. illam* 40. *de testib. in antiq.* quæ sentit, quod idem reus non tenetur aliquid solvere pro interrogatoriis quæ dedit, ne juvet circa expensas actorem, & licet loquatur in cursore: tamen ejus authoritatem traherem etiam ad examen sive judicem examinantem nisi alia consuetudo interveniret.

¶ Dicit tamen Cassad. *dec.* 4. *in tit. de dilatio.* quod licet ut supra non sit danda remissio ad partes tamen tempore suo remissio in materia attentatorum data fuit ad excusandum attentata, sicut ad excusandum spolium, datur licet alias denegaretur, idem Cassad. *dec.* 3. *eo tit. de dilat.* ut quando pro attentatis probandis, non detur, quod & Manfred. sequitur *concl.* 78. ubi dilationem tamen permittit, & repulsam testium, & idem Manfred. *concl.* 79. ubi notat, quod in hoc favorabiliores rei videntur, sed in hoc contrafacit opinio illa, quod circa media causæ, æque favemus actori & reo, ut *in reg. favorabiliores. de reg. jur.* ubi dixi post Decium. limita hæc

per Vestr. *in pract. lib. 6. in cap. de remisso.* nisi ubi prius fuisset probatum attentatum, quia tunc nec reo, ut contra actori, quando ipse probat incontinenti datur.

9 ¶ Sentit etiam, ubi supra Cassad. quod † in omnibus casibus, in quibus ad probandum spolium datur remissoria, in iisdem detur remissoria ad probandum attentata, quia attentata sunt magis odiosa, & magis punienda, *cap. cordi in fin. de appell. in 6.* & non minus subveniendum est offenso post litem contestatam, quam ante, & ad hæc vide notata per Vestrium in loco prælegato.

¶ Item juxta prædicta notanda est *dec. 2. Cassad. sub eo. tit. de dilatio.* † quod quando ex parte actoris super spolio fuit aliquid probatum, debet denegari reo fugienti dilatio ad defendendum spolium, quod dicit esse verum, etiam si non plena sit facta probatio, quia si plena omnino negaretur, & quod post terminum servatum, ad articulandum omnino negaretur, unde sentit quod non requiritur publicatio processus, & quod sufficit, quod ipsimet judices ex processu qui sibi semper patet id cognoscant, & hoc videtur verum, quando utrique parti, idem terminus esset assignatus, quia si fugienti talis terminus non esset assignatus, idem licet dicatur ut supra tamẽ ex alia ratione sit ne detur occasio confovendi spolium, ex quibus idem videtur dicendũ etiam in aliis curiis) ex identitate rationis in attentatis, in quibus breviori manu proceditur, & hoc dicit idem Cassad. decis. ibidem sequen.

11 ¶ Sentit quoque Cassad. ubi supra, quod † ubi attentata probari non possent, nisi in partibus & judici ex informatione liqueret, quod non animo calum-

lumniandi talis remissio peteretur ne probationes angustarentur, talem remissoriam concedere posset.

¶ Sed quid † si pars afferret, se testes conducturam in curiam sumptibus illorum quorum interest, & peteret dilationem pro modo loci secundum *l. j. ff.* si quis caut. dierum 30. cum offerret intra 20. reportare remissoriam? quamobrem idem Cassa. *dec. 3. eo. tit.* remisit hoc ad arbitrium judicis, & idem nõ negavit esse concedendam remissoriam quando ex actis apparet non peti remissoriam calumniose, & innuit † de cautela, ut in partibus testes examinentur licet nulliter & producantur, ij enim tantũ operabuntur, ut justificent nõ intervenire calumniam, ad hanc remissoriam concedendam. Et facit quod habito articulo pro concludenti, fuit cõcessa remissoria ad probandum violationem sequestri, ut per Cassad. *de seq. poss.* & fructuum, decisione ultima. 12 13

¶ Practici quoque † observant, quod ad restringendas lites ne causa attentatorum prolongetur (& forsitan etiam in spoliis, suspenso petitorio) impetrant supplicationem quod judex coram quo præfigat aliquem brevem terminum, intra quem de prætensis attentatis vel spolio deducat alias silentium imponat, quasi ex *l. diffamari. C. de ingen. & manu.* & *l. Titia. ff. de accusatio.* ut per Cassad. *ubi supra. 5. in d. decis. 4.* Vestrium *in pract. pag. 157.* Manfr. *concl. 79.* quæ practica videtur multum rigorosa, quia nemo cogitur invitus agere, cum ex propositione actionis, litem contestata jus suum perpetuaverit & super jactationibus, & molestationibus sit judicium ordinarium, intra quod si jura mea non deducam tunc poterit imponi silentium. 14

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Repulsa testium, an detur in remedio attentatorum? vide ibi post allegata ad utramque partem, num. 5.*

2 *In judiciis summariis, non admittitur repulsa testium.*

3 *Repulsa testium datur, quando causa non potest reparari in plenario judicio, sed ubi causa potest reparari in judicio plenario, non datur repulsa.*

4 *Negare repulsam, est negare defensionem, quod non permittitur.*

Attentatum, probari debet, per idoneos testes.

6 *Repulsa testium, nec restitutio in integrum, datur in remedio possessorio extraordinario.*

Repulsa testium negatur, si notorie constat de calumnia petentis.

7 *In materia attentatorum an recipiantur objectus, contra jus, & personas litigantium?*

8 *Articuli admittuntur, saltem tacite, eo ipso, quod testes recipiuntur.*

9 *Articuli, considerantur de jure dantis, non solũ si in personam, vel formam alterius, aliquid impugnando incitetur, sed an causa, unde competit jus agendi, vel excipiendi, directe descendat à jure dantis.*

10 *Iudex debet pronunciare se judicem competentem super utroque rescripto, in casu ibi per longam seriem verborum proposito.*

Que impediunt litem contestari, impediunt pronuntiari competentem, & econtrario.

Paupertatis causa, facit quod fatalia, non currant.

Paupertas, est justa causa, concedendi secunda vice, restitutionem in integrum.

11 *In concedenda restitutione in integrum, pradere debet cognitio, an sit concedenda.*

12 *Restitutio, si secundo est concedenda requiritur, ut pro restitutione rei agatur.*

13 *Modus procedendi per judicem in causis executivis.*

De

De repulsa testium & objectibus in materia.

Caput XVII.

CIrca præmissa videtur tractandum de pulchro dubio † utrum in remedio attentatorum detur repulsa testium, de quo per Afflict. *dec.* 351. bis fuit dubitatum, quod non detur repulsa testium, facit quia hoc judicium est summarium, superius latè scripsi in his † autem judiciis summariis, non admittitur repulsa testium, ut per Marant. *in pract. in tit. de repulsa.* & per Doc. *in cap. veniens. de testibus.* Sed respondetur, quod Antonius Butrius ibi distinguit, siquidem judicium est summarium quoad legitimationem personarum, contra testes examinatos pars non potest prætendere repulsam, in alio autē judicio Butrius admitit repulsam etiam quod illud sit summarium, sed replicatur quod † ubi non potest reparari causa, in judicio plenario tunc in summario datur repulsa, sed ubi posset reparari in plenario judicio secus est, quia non datur repulsa, ut per Jo. Imo *in cap. sæpe col. 7. de verb sign.* 1 2 3

¶ Pro contraria opinione consideratur, quia † negare repulsam videtur esse negare defensionem, quod nō permittitur *clem. pastoralis de re judic. Doct. in l. ut vim. de just. & jur. cum simil.* sed videtur id procedere ubi omnino defensio denegatur & non est reparabilis, quia si est reparabilis in alio judicio secus est, ut per Afflict. ubi supra arguendo pro hac parte. 4

¶ Tandem videtur fuisse conclusum, per Afflictum ubi supra, quod † regulariter etiam in causa hæc summaria attentatorum, dantur repulsa testium, 5

stium, quia repulsare testes nihil aliud est, quam defensionem negare quæ est de iure naturali, & pro hoc Afflict. *alleg. clem.* 1. *de appellat.* ubi per idoneos testes probari debet attentatum, & dicit Afflict. quod super hoc articulo fuit facta informatio super eo, quod Romæ observaretur; quod erat ut daretur repulsa in tali judicio. Hoc sequitur Manfred. quoque *concl.* 78. ubi dicit etiam dari dilationem, eandemq; tangit remissive Maranta *in pract.* 6 *in tit. de repulsa,* & facit quod non detur, quia † in remedio possessorio extraordinario non datur restitutio in integrum, nec repulsa testium ut per *Cap.* 13. *& de cis.* 55. & per Benint. *de cis.* 79. *num.* 8. item edilitio *ad Rot.* 2. *num.* 21. *de rescriptis in not.* dicit quod in causa attentatorum, obtinuit examinari testes affuturos infra tempus ad veniendum, quibus testibus fuisse credendum per dominos dictum ibi illa additio affirmat, quæ de his testibus, idem putat quod de examinatis ad perpetuam rei memoriam.

¶ Planè si notoriè constaret de calumnia petentis, repulsari testes repulsa negaretur, ut per Afflict. ubi supra, & facit no. per Cassad. *dec.* 3. *de dilation.*

7 ¶ Sed † an in materia recipiantur obiectus, non dico contra dicta aut personas testium, quia de his supra, sed an contra ius, & personas litigantium? videtur quod sic per *Rot.* 10. valet exceptio *alias* 105. *de testib. in no.* quæ dicit, quod valet receptio testium etiam non affuturorum, super articulis expressè non admissis in materia attentatorum, dum tamen sint de iure dantis, & termini alias consueti

8 sint servati, nam † eo ipso, quod testes recipiuntur arti-

articuli admittuntur, saltem tacitè *arg. not. in cle. sæpe de verb. signif.*

¶ De † jure dantis autem articuli considerantur, 9
non solum si in personam, vel formam alterius aliquid impugnando incitetur, sed an causa unde competit jus agendi, vel excipiendi directè descendat à jure dantis, ut per *Rot.* 1. fuit dubitatum *alias* 36. *de accusat. in not.*

¶ Iuxta prædicta pono hic talem casum, quidam obtinuit sententiam, ut immitteret in possessionem vigore cuiusdam laudi adiudicatorii quorundam bonorum, inde fuit appellatum de anno 1480. de anno 1490. quidam Domini Tiranni, istum habentem istas sententias, per capturam personæ coegerunt renunciare dictis iuribus & sententiis, de anno 1518. expulsis Tirannis iustitiam ministrari cæptum est, unde ille, qui habuit illas sententias, reassumpsit illas causas, in supplicatione inserendo cum potestate restituendi in integrũ, is non est prosecutus propter paupertatem, de anno 1540. reassumpta est causa per supplicationem, cum potestate restituendi in integrum, & interim per adversarium attentatur, de anno 1567. reassumantur omnes istæ causæ, cum potestate restituendi in integrum, & revocandi attentata præsentatur rescriptum, pars adversa volens prolongare & egredi, de negotio principali captans verba illa, in præcedentibus rescriptis, cum potestate restituendi, in integrum facit subinsertam, ubi dicit quod fuit petita restitutio in integrum ex capite paupertatis, vel aliter & non fuit prosecuta causa intra quadriennium, unde causa est deserta, & peremptum ius iuxta *clem. 1. de restit. in integ. & l. fi. C. de temp.*

temp.in integ. restit. & sic in termino adducendum contra commissionem, præsentat hoc rescriptum, & dicit judici quod non pronuntiet, se competentem super primo.

10 ¶ Judex † pronuntiet se competentem, super secundo & non vult pronunciare super primo, certe male facit quia in hoc ultimo solum est, quod judex faciat justitiam, unde debet pronunciare se competentem, super utroque & inde videre, si simus in terminis *d. clem.* 1. quia si hoc est, illa est exceptio litis finitæ, quæ sicut impedit litem contestari, ita impedit pronuntiari judicem competentem, hoc enim est bonum argumentum, quæ impediunt litem contestari impediunt pronuntiari competentem, & è contrario, ut per *Rot.* 610. *in antiquis*, sed quia hic nulla intervenit præscriptio, & illa verba in cauda supplicationis posita, cum potestate restituendi in integrum, fiunt ex more non sumus in iis terminis, & quatenus essemus paupertatis causa facit quod fatalia non currant, ut per Jasonē *in l. invitus, C. de procura.* & Cassad. *dec. pen. de restit. in integ.* & quatenus currerent tamen, paupertas est justa causa concedendi secunda vice, hanc restitutionem ut per Capit. *dec.* 95. item quia hæc requirunt altiorem indaginem non sine causa talia possunt & debent reservari in cognitione & termino decisivo, ut per Bart. *in l. fin. ff. pro suo cum simili*, qua ratione continget quod intermediis prædictis judex mandabit procedi ad ulteriora & revocabit illa attentata, de expensis postea in sententia definitiva, si non obtinet actor non veniet tractandum circa attentata, licet secus sit si actor obtineret, & ad prædicta faciunt quæ scribuntur. per *Rot.* 3. & ultimam *de rest. in in-*

in integ. in no. & ſuperadditiones ibi hoc eſt, quod † licet in concedenda reſtitutione, in integrum præcedere debita cognitio, an ſit concedenda an non ſecundo † ſi eſt concedenda, quod pro reſtitutione rei agatur, celeberrimum & integerrimum, Rotæ auditorium ſe *informat*, an cauſa proponatur quæ reſtitutionem in integrum cauſet, & hoc cognito non pronuntiat, ſed procedit ſuper negotio principali, alias ſex ſententiæ requirerentur, ubi ſufficerent tres tantum, & ex prædictis quoq; infertur ad cognitionem † & ad modum procedendi per judicem, *in cauſis executivis*, ecce enim judici præſentatur reſcriptum ſuper nullitate appellatione vel reductione, pars calumniatrix, quæ forſitan poſſidet facit ſubinſertam, quod conſtito quod appellare non licuerit, vel quid ſit exequendum exequatur, & inſtat quod ſuper ultimo ſuo reſcripto tantum procedatur, ut ſi reportet non exequendum appellet, & ſic faciat nunquam perveniri ad negotium principale, & quia forſitan ex adverſo differri poſſet executio, ſi eſt exequendum, mihi placet ſuperior practica quod ſcilicet judex ſe informet, de iſto judicio executivo, an ſit tale quod clarum ſit & non requirat altiorem indaginem & de eo prius cognoſcat, ſi vero requireret altiorem indaginem, reſervet ad merita definitiva, juxt. *not. in l. fin. ff. pro ſuo.* & ita intelligantur comiſſiones ſine præjudicio trium conformium, vel rei judicatæ, & ſi quid eſt exequendum, &c. quando committuntur eidem judici per præinſertas, & ſubinſertas aliis ſi diverſo judici, ſerventur termini uniuſcujuſque quod putarem quando in ventre eſt, unico & eodem contextu, & in reſcripto dicitur fiat juſtitia.

11

12

13

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus, secundum casum ibi latè propositum, suspenso petitorio, authoritate propria sine executore, & sine jussu judicis ingressus est possessionem, pars adversa agit remedio attentatorum, quia lite suspensa super possessorio, ille occuparit possessionem, quid juris? vide concl. ibi 3.*

Lite pendente, nil debet innovari.

2 *Remedium attentatorum non habet locum, quando aliquid non est attentatum in præjudicium partis.*

3 *Casus in quo, post rem judicatam, aliter non intimatis executorialibus, is, qui accepit possessionem, dicitur attentasse.*

5 *Remedium attentatorum, an habeat locum, si in partibus fuit pronuntiatum super possessorio? & ut ibi.*

In possessorio, non datur appellatio.

Quod fit irregulariter, non attenditur.

Pendente appellatione, nil debet innovari.

6 *Remedium attentatorum, non habet locum, si relaxatæ fuerint executoriales in rem, & in personam, stante promissione ad retrovendendum, & ut ibi.*

7 *Pronuntiatum si fuerit instrumentum liquidum, & exequendum, vel tres conformes exequendas, vel causam esse desertam à quibus non datur appellatio, & tamen fuerit appellatum, & appellatio admissa, si & in quantum, & inde secuta inhibitione relevatæ sunt executoriales & processum an sit facienda revocatio, per modum attentati.*

8 *Intrusus, spoliatus, agit reintegrandæ excipitur, quod sua intrusio, ut attentatum, ante omnia est revocanda, quid juris.*

9 *Rei, à tertio possessæ, executio fieri non potest, nisi illo tertio vocato.*

10 *Constitutorius reintegrandus est, in casu donationis, ibi proposito, limita ut ibi.*

11 *Illud quod dicitur, quod si tertius vi, vel clam possideat, potest ab eo auferri possessio de facto, intelligitur taliter quòd citatio interveniat.*

12 *Remedium attentatorum, non habet locum in casu, quo ageretur ex legato, & gubernator quasi legatarius, haberet interdictum adipiscendæ, & ut ibi.*

Iudex

Iudex non debet admittere appellationem frivolam.

13 *Denegatio appellationis, in casu in quo regulariter est prohibita, facit quod non habet locum, remedium attentatorum.*
Episcopus, non tenetur admittere appellationem, à visitatione, nisi ostendatur privilegium.

14 *Multa in materia remissivè.*

Suspenso petitorio, quomodo attentetur circa possessorum, & multa in materia.

Caput XVIII.

EVenit casus, quod agens possessorio & petitorio suspendit petitorium, ac habuit sententiam pro se ad restitutionem possessionis, quæ sententia transivit in rem judicatam, quia forsitan lata fuit partibus præsentibus & non appellantibus, hoc stante † spoliatus qui habuit talem rem judicatam 1
propria authoritate, ingress⁹ est possessionē sine executore, & sine jussu judicis pars adversa agit remedio attentatorū, quia lite suspensa super petitorio is occupaverit hanc possessionem, quid juris? Collector *Rotæ decis.* 10. *si pro spoliato. de cau. poss. & prop. no.* refert majori parti dominorum visum fuisse, quod haberet locum remedium attentatorum, propter litis pendentiam, sive suspensionem à petitorio, quia lite pendente nihil debet innovari, ut lit pend. &c. quin præterea dicebant istum ut supra ingredientem propria authoritate, incidisse in pœnam *l. si quis in tantam. C. unde. vi cap. eum, qui de præb. lib. 6. cap. placuit. 16. q. 6.*

¶ Collector tamen ibi erat in contraria opinione, quia licet aliquid attentatum fuisset, dici posset circa possessionem, tamen nihil fuerat attentatum circa proprietatem, quare non videtur læsisse nec

judicem nec partem, quia possessio tantum fuit ac-
2 cepta, & non proprietas, ut † quando non sit attentatum aliquid in præjudicium partis, non habeat locum remedium attentatorũ, nec est quod dicatur ratione fructuum intererat, non amittere possessionem, quia id non causat attentatum, hac ratione quia lis pendet in petitorio, sed quia interest partis non fieri & datur aliud remedium nempe. *l. si quis in tantam. l. meminerint. C. unde vi. can. reintegrandæ. 1. q. 1.* & hujusmodi si aliud non obstet. Ita ut si sine violentia occupaverit possessionem, quæ sibi debebatur propter rem judicatam non multum peccaverit, & forsitan non teneatur ad restitutionem talis possessionis quam ratione rei judicatæ, retinere potest, & ad id Rot. *alleg. not.* per Innoc. *in cap. cum olim ex. de privileg.* inde subdit collector quod si verum esset, quod pendente lite, super petitorio innovata super possessione retractarentur per remedium attentatorum sententię tres super possessorio vel aliter res judicata, nunquã mandaretur executioni propter refricationem super petitorio. Circa quæ licet responderetur quod prædicta procederent, ubi authoritate judicis, ille ingrederetur in possessionem, secus si propria authoritate, tamen collector replicabat talia procedere quoad alia remedia, & alias pœnas non autem quoad remedium at-
3 tentatorum, & † ita finaliter in Rota fuisse obtentum, & determinatum scribit Rota supraallegata, & vide circa prædicta, Cassad. *dec. 6. de cau. poss. & propr.* & Manfred. *concl. 46.* ubi cum collectore sentiunt.

4 ¶ Et nota casum † in quo post rem judicatam aliter non intimatis executorialibus is, qui accepit pos-

possessionem quod dicatur attentare latissimè allegans, scribit Gomes. *in reg. de subrogandis. q. 4. pag. mihi* 128. & punctum tetigit quoque Fel. *in cap. ad probandum de re jud. & in c. cum causa. de offic. deleg.* Manfred. *concl.* 18. & ex prædictis quandoque inferebam ad casum † quod si in partibus pronuntiatum fuit, super possessorio, à qua sententia fuit appellatum ad Pontificem, & interim is, qui habuit sententiam pro se in possessorio, dum per appellatum aliud non agitur facit in publicam formam redigi per actuarium sententiam, & à curia generali vadit ad Vicarium castri ubi res sita erat, de qua litigabatur, & facit se immitti in possessionem, an habeat locum remedium attentatorũ? videtur quod non: quia, in possessorio non datur appellatio, secundum Ægidianam constitutionem, & id, quod fit irregulariter non attenditur, contra videtur quia pendente appellatione nihil debet innovari. Item quid si post primam sententiam fuit pronuntiatum esse exequendam, non relaxatis aliter executorialibus & ille fecit ut supra? sed an supradictis in casibus locum habeat. *l. meminerit. C. unde vi, item can. reintegrandæ. 1. q. 1.* vide Marsil. *in tit. de sent. & re judicat.* 5

Item † stante promissione ad retrovendendum, 6 super tali promissione fuerunt relaxatæ executoriales in rem & in personam, unde talis fuit immissus in possessionem, sive potius tenutam rei retrovendendæ ante retrovenditionem, videtur quod non habeat locum remedium attentatorum, quia super hoc non pendebat lis, sed agi possit de turbata possessione, vel si putet se posse repelli de spolio, idem si fuerint relaxatæ executoriales reales, & personales

les pro expensis & de tenuta fit transitus ad possessionem.

7 Circa quæ non est prætermittendum quod † cum esset pronuntiatum instrumentum, purum, liquidum, & exquendum, vel tres conformes exequendas, vel causam esse desertam, à quibus non debetur appellatio, & tamen fuit appellatum & admissa si & in quantum appellatio inde secuta, inhibitione relevatæ sunt executoriales, & processum an sit facienda revocatio per modum attentati, videbatur quòd sit ex sola admissione, si & in quantum, de qua latiss. Benint. decis. 1. contra tamen scribit And. Alciat. *consil.* 406. *hac in attentatorum alleg.* Bal. *in l. edita. cart. pen. vers. etiam dubitatur. C. de ed.* Dec. *in ca. oblatæ 2. not. de appel.* Ang. *cons.* 217. *vers.* non obstat si dicatur.

8 ¶ Sed & illud non est amittendum † cum quidam reportasset tres conformes, dum petit executionem, quidam intruditur in rem, de qua est facienda executio impetratis executorialibus, iste tertius spoliatur is nunc agit reintegrandæ, excipitur quod sua intrusio ut attentatum, ante omnia est

9 revocanda? certè vera est conclusio † quod rei à tertio nunc possessæ executio fieri non potest, nisi illo tertio vocato arg. not. per Bart. *in l. quanquam. §. Iulianus. ff. de aq. plu. arcen.* Franc. *in cap. ex tenore, de appel. Io.* Firm. *in repert. in verb. executio*, item licet attentata lite pendente revocari debeant omnino ante omnia, tamen id intelligitur parte citata, ut per

10 Rot. *decis.* 56. *in no.* & per Marsi. *sing.* 195. hinc dixi † quendam, & qui patiebatur litem omnium bonorum, cum donasset omnia bona sua, cum clausula constituti ex nunc prout ex tunc si ipse moreretur,

in

in tali itinere cum post mortem ejus litigantes adversarii invasissent possessionem, ex quibusdam sententiis executivis non citato isto constitutario, eosdem non rectè egisset, & propterea constitutarium reintegrandum hæc tamen non procedunt in possessore, litigioso sacerdotii, ut in *c. fi. ut lit. pend. lib. 6.* ubi Gemin. *Rot.* 433 *in ant. Rom. cons.* 347. & *col* 499. & *Rot. decis.* 429 *in ant.* & 4. *de restit. spol. in no.* quidem speciale ad evitandas lites, & propter clausulam decreti, putat Alciat. *cons.* 383. *magnifici.* ubi prosequitur limitationem, quando notoriè constaret de non jure intrusi, item quando iudex nihilominus possessorem exclusisset, quod tamen ipse Alciat. intelligit si notoriè constaret, de non jure possessoris, ubi declarat dictum Pauli de Castro *in l. à Divo Pio.* § *si super. ff. de re judic.* quod † si 11
tertius vi, vel clam possideat, potest ab eo auferri possessio de facto, intelligit ita, & taliter quod citatio interveniat, & à prædictis non longe absunt, quæ notat idem Alciatus *cons.* 433. *gubernatorem.* ubi
voluit quod † non haberet locum remedium atten- 12
tatorum in casu, quo ageretur ex legato, & gubernator quasi legatarius haberet interdictũ adipiscendæ sive officium judicis loco ejus pronuntiavit, immittendum legatarium in possessionem à qua pronuntia non admissa appellatione facta executione dixit, non habere locum attentata quia sumus in effectu, adipiscendę sententiæ de exequendo, quia appellatio erat frivola, ex inspectione testamenti. & judex non debuit admittere appellationem frivolam, & ibi dicit quod licet sint aliqui casus, in quibus admittitur appellatio, † tamen denegatio 13
in casu, quo regulariter est prohibita appellatio, fa-

cit quod non habet locum remedium attentatorum, non admissa appellatione ut in sententia super possessorio, & super executione alleg. Old. *cons.* 89. *Episcopus Abb. in cap. 1. de offic. ordin.* ubi dicit quod episcopus non tenetur admittere appellationem à visitatione nisi ostendatur privilegium.

14 ¶ Item circa prædicta vide † quando non desistitur post revocationem attentatorum, per Paris. *col.* 37. *li.* 3. Item de matrimonio contracto lite pendente, per eundem Paris. *col.* 34. *lib.* 4. Item stante desertione appellationis, quomodo attentetur Benint. *dec.* 76. mota lite. Item quomodo impetratis rescriptis vel novi juris acquisitio revocetur per modum, attentati per Ægid. *dec.* 749. licet per appellationem, ubi latiss. & de sex edictis in materia. Item si reputatus hæres patiatur quæstionem hæreditatis, & post velit agere, ut hæres, an attentata Ægid. *decis.* 747. *col. fin.* Item an pendentia litis, super absolutione à juramento impediat executionem obligationis in forma cameræ Afflict. *dec.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata super attentatis est interlocutoria, ut ibi latè per multas authoritates, per totum capitulum.*

2 *Interlocutoria sententia dicitur illa, quæ fertur super his, quæ incidunt, vel emergunt pendente causa principali.*

3 *Appellandum est inscriptis, à sententia, quæ fertur in remedio attentatorum, ut in aliis interlocutoriis.*

4 *In sententia attentatorum, non servatur ordo judiciarius.*

5 *Iudex qui pronuntiavit super attentatis, si non condemnavit in expensas, poterit id postea facere, usque ad diffinitivam,*

6 *Sententia lata super uno libello attentatorum, non nocet, nec prodest in aliis, nec alia revocat attentata, fallit ut ibi.*

7 *Articulus appellationis, ab interlocutoria præjudiciali, non debet*

debet admitti ab auditore dato in curia, nisi de consensu utriusque partis.

8 *Notarius, tantum recipere debet de sententia lata super desertione diffinitiva sententia lata, sicut de diffinitiva. Idem in sententia lata super attentatis.*

9 *In materia attentatorum, non auditur quis petens restitutionem beneficii, nisi coloret titulum.*

10 *Statutum prohibens appellari ab interlocutoria non habet locum in sententia attentatorum, sed statutum, quod non appelletur post pronuntiam judicis competentis, secus.*

Sententia super attentatis, an interlocutoria sit, vel diffinitiva.

Caput XIX.

Q† An sententia lata super attentatis sit interlocutoria an definitiva? videtur quod sententia lata, super attentatis, magis sit interlocutoria quam definitiva, quia ex quo post judicium inceptum competere incepit videtur de processu causæ, ita ut nec vim definitivæ habeat, ut notat Archi. *in c. non solum gloss. 2. de appel. lib. 6.* † interlocutoria enim dicitur illa sententia, quæ fertur super his, quæ incidunt vel emergunt pendente cum principali, ut no. Jo. And. *in cap. ad compescendas de seq. poss. super verb. definitivo.* item non videtur definitiva, quia non definit negocium principale, quia posito quod sententia lata sit super causa attentatorum potest agi ad possessionem interdicto, & aliis remediis *agr. not. per* Jo. Mon. *in c. cupientes super verb. in totum in fin. de elect. lib. 6.* unde † appellandum est in scriptis à sententia, quæ fertur in remedio attentatorũ, ut in reliquis interlocutoriis *juxt. ca. cord. de appell. li. 6.* & ita scribit *Rot. 10, nota quidem sententia de senten. & re*

1 2 3

judic.no. & ibidem subdit quod argumentum quoque est, quod talis sententia sit interlocutoria, quia † in ea non servatur ordo judiciarius. Manfred.
4 *concl.*12. dicit quod talis sententia quandoque est definitiva, quandoque interlocutoria, vide circa prædicta, *Rot.*10. *alias* 215 *de re jud. in antiq. Rota tamen.*11. *si à sententia de appel. in no. alias* 85. dicit quod licet sententia lata super attentatis verè sit interlocutoria, tamen vim definitivę habet tanquam super exceptione peremptoria, lata maxime si per eam fit restitutio possessionis lite, vel appellatione pendente, vel post inhibitionem *arg. no. in clem. ad compescendas. de seq. poss. & fru. & per Rot. ubi supra. Rot.* 1. nota si attentata *alias* 474. *de offic. judic. in antiq.* dicit quod † si judex qui pronuntiavit super at-
5 tentatis, non condemnavit in expensas potest id postea facere, quia sententia hæc est interlocutoria, unde non videtur functus omnino officio, & subdit quod ratio quoque quod sit interlocutoria est, quia non proceditur iuris ordine servato. Alia *dec. Rot.*37. nota si fiat *alias* 454. *de re judic. in antiq.* dicit quod taxatio expensarum per judicantem super attentatis fieri potest usque ad definitivam, quia sententia super attentatis videtur interlocutoria.

6 Nota circa hæc † quod sententia lata super uno libello attentatorum non nocet, nec prodest in aliis, nec alia revocat attentata, ut per Franc *in c. dilecti de appellat.* nisi fuerit pronuntiatum, bene appellatum & male judicatũ definitivæ quia tunc omnia attentata veniunt revocanda, ut per Doct. ubi supra Manfred. tangit *concl.*4.

7 Ægid. *dec.*37. ubi appellatur dicit quod † articulus appellationis, ab interlocutoria præjudiciali

non

non debet admitti, ab auditore dato in curia, nisi de consensu utriusque partis, ut si utriusque interesset pronuntiari super eo, & esset tale quid, quod non posset commode postea in processu principalis negotii reparari, ut puta quia super aliquibus attentatis non directe tangentibus negocium principale interlocutoria lata est partim cõtra actorem, & partim contra reum, & uterque appellat.

¶ Idem Ægid. *dec.* 54. in sententia dicit, quod in sententia lata super revocatione spolii facta lite pendente, ex privilegio litis pendentiæ, non habet locum *clem.* ad compescendum, quod talis sententia sit interlocutoria, idem subdit sed nos contra, quia tenemus clem. appellanti non habere locum in sententia tali, quia nos putamus eam habere vim definitivæ licet in casu suo principali, postea iterum 8
contra argumentetur, idem Ægid. *dec.* 603 de sententia inquit † de sententia lata super desertione definitivæ sententiæ latæ, debet tantum recipere notarius sicut de definitiva quia habet vim definitivę, idem in sententia lata, super attentatis fortiori ratione secundum eos, supposita constitutione Papæ Joannis, quæ habet quod tantum recipi debet, de sententia cum definitiva habente sicut de definitiva. Octa. Vestr. *in pract. sua pag.* 158. dicit quod sententia super attentatis sui natura definitiva non est, sed interlocutoria per ea quæ ipse allegat, quæ vera esse ait ubi attentata essent talia, quæ non concernerent possessionem neque illius restitutionem, quo casu definitiva potius reputabitur sententia al- 9
legat. Ægid. *decis.* 286. in materia, ubi Ægid. dicit quod † in materia attentatorum non auditur quis

petens

petens restitutionem beneficii nisi coloret titulum, licet Guliel. gall. contra. item quod lata sententia in restitutione totali ex privilegio litis pendentiæ, est definitiva quoad affectum *clem.* appellanti, & ex his † statutum prohibens appellari ab interlocutoria non habet locum in hac, sed statutum quod non appelletur post pronuntiam judicem competentem, ante definitivam, secus. Et nota quod practica quæ Perusiæ observatur, ut facta instantia ad revocandum attentata, revocentur attentata in genere, & postea assignatur terminus ad docendum in specie, non est de jure sed justificatur vel ex constitutionibus Marchiæ, vel ex consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Attentata, privilegiata sunt, quia attentans offendit jus, judicem & partem.*

2 *Attentatorum privilegia, pleraque remiss. nonnulla.*

3 *Exceptio excommunicationis, agenti super attentatis, opponi non potest.*

4 *Exceptio proprietatis, opponi non potest, agenti super attentatis.*

5 *Ante omnia revocari debent attentata, etiam antequam pronuntietur super desertione litis.*

6 *Cle. ad compescendas non habet locum, secundum aliquos, in sententia super attentatis.*

7 *Cle. appellanti. non habet locum in sententia super attentatis, quia si ex aliis causis justificatur, appellatio nihilominus procedit.*

8 *Exceptio spoliationis, non habet locum in remedio attentatorum, quia causa attentatorum prius est purganda, ut alias ultimum spolium.*

9 *Causa attentatorum, & ex hoc potest dici privilegiata, quia attentans facit se indignum privilegio appellationis, privatur possessione, & perdit jus suum.*

10 *At-*

10 *Attentans, tenetur ad restitutionem fructuum, etiam perceptorum medio tempore, & sumptibus suis, passo attentata, & ad damna tenetur.*

11 *Attentans cadit in spolio vel turbativa, & multum potest, authoritas judicis.*

12 *In appellatione ab interlocutoria super attentatis recipi possunt testes, quod non est in aliis interlocutoriis.*

13 *Super attentatis, valet receptio testium non affuturorum super articulis, expresse non admissis.*

14 *Pendente causa attentatorum, fatalia non currunt.*

15 *In causa attentatorum, non prius devenitur ad decisionem negotii principalis & appellationis, vel alias super meritis, nisi plenaria sit facta executio super attentatis nedum super fructibus ablatis, sed & pro fructibus non perceptis, & pro percipiendis ac pro omnibus expensis petitis.*

16 *Iudex in sententia super attentatis, si non condemnavit reum in expensis, judex negotii principalis, poterit condemnare.*

17 *Causa attentatorum, est magis privilegiata interdicto unde vi, & can. reintegranda, quod intelligitur quoad ordinem procedendi, non quoad effectum procedendi, ut ibi.*

18 *In materia attentatorum, non auditur quis, petens restitutionem beneficii, nisi coloret titulum.*

19 *Allegans titulum infectum, pejus facit, quam si nihil allegaret pro titulo.*

20 *Possessor non docens de titulo, nec colorans, obtinet contra petentem restitutionem non coloratam, quoad effectum absolutionis.*

21 *Materia contraria videlicet continuæ possessionis, usque ad tempus quo attentata dicitur inclusive, admittenda est contra petentem.*

22 *In remedio attentatorum proceditur summarie, & lite non contestata in interdicto unde vi, & can. reintegranda, nisi lite contestata.*

Atten-

Attentatorum privilegia.

Cap. XX.

1 ATtentata † privilegiata sunt, quia attentans offendit jus, judicem, & partem Rot. 14. *no.* 28. *no.* Alex. *cons.* xcix. *li.* 5. Affli. *dec.* 352. Didacus *pract. q. c.* 23. Manfr. *concl.* 30.

¶ Attentatorum privilegia pleraq; ponit Franc.
2 *in c. bona. col.* 4. *&* 5. *ex. de appell.* Inter quæ & illud
3 numerari potest quod † exceptio excommunicationis agenti super attentatis, opponi non potest, ut per Dec. *cons.* 200. *col. fin. vers. secundo* sed hæc videntur adversari iis, quæ alias notavimus, nisi distinguas inter excommunicationem majorem, & minorem.

4 ¶ Item † opponi non potest exceptio proprietatis secundum Cardinal. *in d. cap. bona colum.* 3. *vers. not.* & per Marant. *par.* 6. *de ord. judic. num.* 395. *pag.* 191.

5 ¶ Item quod † ante omnia revocari debent attentata etiam antequam pronuntietur super desertione appellationis, ut per *Rot.* 1. *appell. no.* de quo a-
6 lias. Item † clem. ad compescendas non habet locum secundum aliquos in sententia super attentatis de quo per Ægid. *dec.* 54. in sententia.

¶ Item † *clem.* appellanti non habet locum in
7 sententia super attentatis, quia si ex aliis causis justificatur appellatio nihilominus procedit *Rot.* 11. *si à sententia appell. no.* Vestr. *pag.* 151. Ægid. 286. *in materia.*

8 ¶ Item † exceptio spoliationis non habet locum in remedio attentatorum, quia causa attentatorum prius est purganda ut alias ultimum spolium,

ut

ut per Inn. *in c.1. de ord.cogn.* & per Doc. *in c.fi. eo.tit.* & per Afflic. *dec.98.* pulchrum est dubium, de quo alias scripsi.

¶ Sed & ex hoc dici potest privilegiata causa attentatorum, † quia attentans facit se indignum privilegio appellationis, ut per *glo. mag. in c. non solum de appell. in 6.* privatur possessione & perdit jus suum Jo. Monac. *in c. cupientes, §. de viginti nu. 136. citat. clauſ. nil. nov. nu. 6.* Marant. in *tit de appel. num. 411.* Manfr. *concl. 55.* 9

¶ Item quia † attentans tenetur ad restitutionem fructuum ut per *Rot. 5. de restit. spol. in no.* & *dec. 6. de dol. & contum. no.* item damnorum *Dec. cons.* 200. Manfred. *concl.* 48. item fructuum perceptorum medio tempore, quos suis sumptibus tenetur restituere passo attentata ut per Bald. & Dec. in *d. cap. bonæ.* 10

¶ Item † attentans cadit in spolio vel turbativa, sive delicto de quo alias dixi, & multum potest authoritas judicis, quia forsitan arbitraria pena contra attentantem, quia offendit judicem & partem, & legem de quo cum non sit constituta pœna arbitrium judicis potest ut *l. j. ff. si quis jusdic.* & per Bal. *in l. verbis. ff. de legib. cum simil.* 11

¶ Item † super attentatis in appellatione ab interlocutoria recipi possunt testes quod non est in aliis interlocutoriis, item † valet receptio testium non affuturorum super articulis expresse non admissis ut per Manfr. *concl. 13.* 12 13

¶ Item † quod fatalia non curant pendente hac causa ut per Doct. *in cap. ex ratione de appell.* & alias dixi. 14

¶ Item † non prius devenitur ad decisionem ne- 15

gotii

gotii principalis & appellationis, vel alias super meritis nisi plenaria sit facta executio super attentatis, nedum super fructibus ablatis, sed & pro fructibus non perceptis, & pro percipiendis, ac pro omnibus
16 expensis petitis, ut † si judex non condemnaverit in sententiis super attentatis, judex super negotio principali tamen id possit, ut per eundem Manfred. *concl.* 25. & ego alias scripsi.

17 Item not. quòd licet † causa attentatorum dicatur magis privilegiata interdicto unde vi. vel can. reintegrandæ *id procedit, quoad ordinem procedendi, non autem quoad effectum procedendi,* absque collatione tituli in materia *beneficiali*, ut
18 per Ægid. *concl.* 294. quia † in materia attentatorum, non auditur quis petens restitutionem beneficii nisi coloret titulum, ut per eundem Ægi. *concl.*
19 208. *& dec. seq.* dicit quod † allegans titulum infectum, pejus facit, quam si nihil, pro titulo allegaret.
20 Item *dec.* 288. dicit, quod † possessor non docens de titulo, nec colorans obtinet in casu prædicto, contra petentem restitutionem non coloratam,
21 quoad effectum absolutionis. Item quod † materia contraria videlicet continuæ possessionis usque ad tempus, quo attentata dicitur, inclusive admittenda est contra petentem.

22 ¶ Item in hoc remedio proceditur summarie, de lite non contestata, sed in illis lite contestata, verum est quod in iis non est probanda litis pendentia, quod & Dec. tangit in *d. cap. bonæ col. penult. de appel.*

SVMMARIVM.

1 *Ad revocationem attentatorum proceditur, vel si possessio titulo non coloretur. secus in interdicto unde vi, & can. reinte-*

integranda, quod tamen intelligitur fieri ex judicis officio parte non instante, ut ibi 2.

3 Remedium attentatorum cessat, quando notorie constat de non jure, ut ibi.

4 Censuræ ecclesiasticæ, revocantur per remedium attentatorum, quæ alias valerent pendente lite, cum factæ fuerint.

5 Spolium est probandum agenti super spolio, sed in materia attentatorum, sufficit probare litis pendentiam, & innovatum, sive immutatum ut ibi.

6 Exceptio excommunicationis non obstat prosequenti causam per viam attentatorum. Quæ alias obstaret agenti adrecuperandum.

7 Interdicto unde vi, non agitur contra succedentem in re, licet vitio violentiæ affecta, sed remedium attentatorum datur, & contra talem ita succedentem, non habentem causam à judice, vel à parte, distingue ut ibi.

8 Spolii & attentatorum exceptio non obstat tertio comparenti in judicio pro suo interesse, quo minus procedatur super causa à se intentata super possessione, vel proprietate, etiam spolio attentatis ve non purgatis.

9 Quando agitur remedio attentatorum, proceditur summaria quadam cognitione, sine litis contestatione, & libello: ex mero & puro officio judicis, quando vero agitur requiritur litem contestari.

10 Exceptio defectus proprietatis, & non jure petentis restitui, obstat in interdicto unde vi licet in can. reintegranda, secus, non obstet in remedio attentatorum.

11 In interdicto unde vi, obstat exceptio alterius spolii, quod non est in remedio attentatorum.

12 Spolians lite pendente, si iterum spolietur, & contra eum attentetur, non habet locum remedium attentatorum, si tamen incontinenti fiat spoliatio, secus si ex intervallo, quia ultimum spolium est purgandum.

13 Iudex, qui pronuntiavit attentata esse revocanda, si omisit condemnationem expensarum, quando ferret sententiam super negotio principali, poterit condemnare in expensas factas in judicio attentatorum, & etiam judex ad quem poterit condemnare in talibus expensis.

14 Materia attentatorum favorabilis est, circa taxationem expensarum, ut ante sententiam in negotio principali, possint

expensa attentatorum taxari, & tantum solvatur quantum judici videbitur, cum talis sententia habeat vim diffinitivæ, distingue tamen de expensis advocati & procuratoris, ut ibi.

15 *Septem differentias considerat Franc.*

16 *Ex reservatione afficitur possessio, ut impediatur restitutio, ex interdicto, sed non ex remedio attentatorum, quia in hoc non requiritur possessio, sed sufficit quòd agens tempore expulsionis detineat.*

17 *Ille qui attentavit in præjudicium litis pendentis, non solum in fructibus perceptis, sed & qui percipi poterunt condemnari debet. si petatur ratio ibi.*

18 *Quomodo procedatur, ubi servatur quod attentata revocentur ing enere: vide ibi secundum casum per eum propositum.*

Differentiæ inter *ca. reintegrandæ. 1. q. 1.* interdictum unde vi & remedium attentatorum.

Caput XXI.

1 Differentia est inter remedium attentatorum, & interdictum unde vi & can. reintegrandæ, conjungã enim hæc remedia, quia nihil refert quoad attentata licet ipsa inter se differant & Dec. in c. bonæ videatur voluisse ea distinguere, quia ad revocationem attentatorum proceditur vel si possessio titulo non coloretur sed in reintegrandæ, & interdicto secus ut per *Rot. & addit. ibi de restit. spoliat. in no. Rot.* 2, nota quod *ubi de caus. poss. & propr. no.* Cassad. *dec.* 3, *de restit. spoliat.*

2 ¶ Ut † tamen id intelligatur ex officio judicis fieri parte non instante vel instante, ita ut possessio parti non detur sed penes judicem remaneat, vel sequestretur ne detur vitiosus ingressus, ut per Cassad. ubi supra ut per Manfred. *concluſ.* 20. quæ vera sunt,

sunt,in beneficialibus non autem in prophanis, ut ratio prædicta suadet, & prædicti intelligunt.

¶ Circa quæ nota quod quandoq; constat de nō iure,quandoq; non constat de iure † quandoque notorie constat de non iure, hoc enim casu cessat remedium attentatorum secundum aliquos.

Item † per remedium attentatorum revocantur 4
censuræ ecclesiasticæ, quæ alias valerent pendente lite,cum factæ fuerint, ut per Innoc. *in cap. ex parte* ex de rescriptis,quod non quadrat circa supradicta remedia.

¶ Item † agenti super spolio spolium est proban- 5
dum, sed in materia attentatorum sufficit probare litis pendentiam, sive qualitatem tempore litis inchoatę,& innovatum siue immutatum ut per Fran. *in c. bonæ, de appell.* & per Manfr. *concl.* 23. unde iactationes,& molestationes forsitan per modum attentati peti possunt revocari.

¶ Item † prosequenti causam per viam attentato- 6
rum non obstat exceptio excommunicationis, quæ alias obstaret agenti ad recuperandum ut *in c. cum inter in c. significaverunt* de exception. *in cap. pia eo. ti. lib. 6.* de quo alias dixisse puto & à quibusdam contradici.

Item † interdicto unde vi non agitur contra suc- 7
cedentem in re licet vitio violentiæ affecta, sed hoc remedium datur & contra talem ita succedentem non habentem causam à iudice, vel à parte ut per Doc.in *c. bonæ & in c. cum teneamur. ex de appellat.* licet contra scribit Dida.Couarr. *pract. q. c.* 24. & refert Manfr. *concl.* 22. ut distinguendum sit quidem si certius non litigans,dedit causam alienationi(si per eam attentetur) & contra istum tertium non de-

tur remedium attentatorum, aut litigans dedit causam prædicto tertio attentandi, sive alienandi, & tunc si non habeat locum remedium attentatorum contra istum tertium facile dabitur materia fraudandi & evitandi materiam hanc privilegiatam ut sensisse videtur Afflict. *decis.* 354. Vant. *de nullitat. pag.* 44.

8 ¶ Verum est † quod exceptio spolii & attentatorum tertio comparenti in judicio pro suo interesse non obstat quo minus procedatur, super causa à se intentata super possessione, vel proprietate etiam spolio attentatisve non purgatis, ut per Fel. *in c. veniens col.* 4. *ex. de testib.* Jo. mil. in *exceptio spoliationis. Rot. concl.* 438. fuit dubitatum.

9 ¶ Item † quando agitur remedio attentatorum proceditur summaria quadam cognitione sine litis contestatione, & libello ex mero & puro officio judicis, ut scribitur in *c. cupientes super verb. gratia de elect. lib.* 6. quando vero agitur possessorio requiritur litem contestari, ut per Soc. *in l. rem. quæ nobis de acq. poss.*

10 Item † exceptio defectus proprietatis, & non jure petentis restitui obstat in interdicto unde vi, licet in reintegrandæ secus cum non obstet in remedio attentatorum, ut per Franc. & Cassad. supra alleg.

11 ¶ Item † sunt qui dicant quod in interdicto unde vi obstat exceptio alterius spolii, sed in hoc non ut per Dec. *cons.* 200. Doct. *in c. bonæ* Marant *in Specul. in tit. de appell. num.* 393.

12 ¶ Unde per quosdam infertur † quod si spolians lite pendente iterum spolietur, & contra eum attentetur non habet locum remedium attentatorum

rum, ut per Cassad. *decis. 3. in fi. de rest. spol. Rot. 4. de rest. spol.* per Risig. *Rot. 17. eo. tit. in antiq.* quæ vera videntur si in continenti fiat spoliatio secus si ex intervallo ut per Manfred. *conclus. 43.* quia ultimum spolium est purgandum, de quo alias puto me dixisse.

¶ Item † judex pronuntiavit attentata esse re- 13
vocanda, sed omisit condemnare in expensis cum prolaturus sententiam sit in negotio principali potest condemnare in expensas factas in judicio attentatorum, ut per Rot. *unic. de offic. jud. in antiq.* quinimo & judex ad quem condemnare potest in expensas factas una attentata coram judice à quo ut per *Rot. 25.* nota quod ubi judex de re jud. in no. ad hæc quoque videndus est Manfred. *concl. 25.* & Marant. *in Spec. in tit. de appell. num. 395.* ubi voluerunt quod in fructibus perceptis, & percipiendis & plenaria & ante omnia condemnatio fit & executio priusquam ad negociũ principale procedatur, qua ratione † materia attentatorum favora- 14
bilis est, circa taxationem expensarum ut ante sententiam in negotio principali hæ possint expensæ taxari, & tantum solvatur pro sententia registro, pro procuratore advocatoque quantum judici videbitur cum talis sententia habeat vim definitivæ ut per *Rot. 37.* nota si fiat condemnatio *de re jud. in antiq. & dec. seq.* dicit quod si per advocatum & procuratorem remissæ sive condonatæ fuerint expensę debent computari, hac distinctione adhibita, aut remissæ fuerunt per amicos animo remunerandi & computentur aut non tali animo, & non computentur, unde si ratione paupertatis idem ad hæc Ægid. *concl. 72.* lata.

15 ¶ Septem † differentias in materia considerat Franc. post alios *in d.cap.bone de appellat.*

16 ¶ Item † ex reservatione afficitur possessio ut impediatur restitutio ex interdicto, sed non ut ex remedio attentatorum, quia in hoc non requiritur possessio, sed sufficit quod agens tempore expulsionis detineat ut per *Rot.* 12. nota quod ubi aliquis *alias* 56. *de caus. poss. in ant.*

17 ¶ Item † ille qui attentavit in præiudicium litis pendentis non solum in fructibus perceptis, sed etiam qui percipi potuerunt cõdemnari debet si hoc petatur, quia dolosus & temerarius, & malæ fidei possessor esse censetur, qui in hujusmodi fructibus de jure venit condemnandus ut per *Rot.* 34. *nota attentatis alias* 482. *re indic. ant.*

18 ¶ Nota † quod ubi servatur quod attentata revocẽtur in genere cum deinde oporteat, probari in specie assignatur terminus ad probandum in specie verum videtur quod non sufficiat prima revocatio, sed requiratur alia dilatoria talia in specie esse attẽtata, vel si dicamus illa esse revocata non proderunt inferenda, vel aperienda sententia ut mihi contigit, quia post appellationem à pronuntia judicis competentis, & inhibitionem quidam processit ad examinandos testes feci revocari in genere, ex consuetudine, & probavi terminos in specie, & non curans de alia sententia reassumens negotium principale, in sententia definitiva illi testes ei nihil profuerunt, & dilationes in hoc emergenti sunt arbitrariæ juxta *l.* 1. *C. de dilat.* & ex statuto nostro prohibẽte appellari in causa in qua judex pronuntiaverit se competentem forsitan in hac causa dabitur appellatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Attentata post conclusionem in causa, an veniant revocanda, per modum attentati post multa concludit ut in numer. 9. 14.*

2 *Propositio, quod attentata revocantur in quacunque parte judicii, intelligitur ante conclusionem in causa, & num. 11.*

3 *Iudex ex officio, post conclusionem in causa, potest revocare attentata.*

4 *Lis non videtur amplius pendere, post conclusionem in causa.*

5 *Exceptio declinatoria; veniens post lit. contest. non prodest ad declinandam jurisdictionem.*

6 *Lis etiam post conclusionem in causa, dicitur pendere, quousque per sententiam negotium fuerit definitum respon. ut nunc. 10.*

7 *Quoties non interest petentis, tunc non habet locum, attentata revocari oportere.*

8 *Contemptus judicis operari potest, quod revocatio attentatorum fiat, licet constet de non jure petentis.*

10 *Conclusio in causa, videtur esse pro sententia prolatione, & terminus exclusivus revocationis attentatorum.*

12 *Iudex quando ex officio suo mero & puro petit revocari attentata, non obstat notorius defectus, & non coloratio tituli, respon. quòd hoc procedit quando judex ex suo illo officio id facit, secundo quòd etiam si id facit, adhuc obstat quod lis erat finita.*

15 *Rota 4. ut lite pendente in not. alias 57. inquit attentata lite pendente possunt peti revocari, usque ad conclusionem in causa exclusive, ratio ibi, & quando procedat 17. 18. 19. 20. 21. 22.*

16 *Conclusio praecludit viam revocationis attentatorum, sicut suspensionis petitorii.*

23 *Iudex, ex officio suo, etiam post conclusionem in causa, facere potest attentata revocari.*

Revocatio attentatorum, quomodo post conclusionem in causa.

Cap. XXII.

1 UTrum † attentata, post conclusionem in causa veniant revocanda, per modum attentati & quomodo videtur quod non, quia ista videtur propositio regulariter recepta, quod attentata revocentur, in quacunque parte judicii, ante conclusionem in causa, ut per Doct. *in c. dilecti. de appell.* & per loca in materia alleganda, & per Manfred. *concl.* 7.

2 qui Manfr. tamen *concluſ.* 21. dicit quòd † judex ex officio, post conclusionem, in causa potest revocare attentata post Franc. & Alex. *in cap. dilecti. 3. de ap-*

3 *pell.* Marant. *in Spec. in tit. de appell.* & † quia post conclusionem in causa, lis pendere amplius non vi-

4 detur, ut in simili videmus, quod † conclusio in causa claudit os suspensioni petitorii, & possessorii *jux. not. in c. pastoralis, de cauſ. poſſ. & prop. & in cle. 2. ut lit. pend.* & ita argumentando, ad hoc alleg. *Rot.* 57. incipiente attentata, lite pendente, scribit Afflict. *deciſ.* 352. quidam Cortuserius *colum.* 1. ubi *in arg.* quoque alleg. Jo. And. *in c. 2. de ord. cogn.* ubi voluit,

5 quòd † exceptio declinatoria veniens post litem contestatam, non prodest ad declinandam jurisdi-

6 ctionem. Sed responderi potest, quod † lis etiam post conclusionem in causa dicetur pendere, quousque per sententiam, negotium fuerit diffinitum, ut scribitur per *Rot. x. ſi lite pendente, in no. ut lit. pend.*

¶ Primo Afflict. ubi supra argumentabatur, quia

7 † quoties non interest petentis, ibi non habet locum attentata revocari oportere, ut per *Rot.* 24. fuit dubitatum, quam Afflict. *ibi alleg.* & nos alibi diximus,

mus, & per Ægid. Bellemer 355. ille, de cujus non jure Respond. quod † contemptus judicis operari 8
potest quod revocatio attentatorum fiat, licet constet de non jure petentis, ut per *Rot. 2. de rest. spol. & no.* Cassad. *concl. 3. de rest. spol.* in † contrarium tamen dicit fuisse determinatum, in consilio Neapolitano 9
Afflict. *in d. decis. 352.* quidam Cortuserius, quia ita tenet Bonif. Vital. *in clauſ. nil novari appell. pend.* Franc. in *c. bonæ. col. 3. de appell. item alleg. Rot. 185. ſi pars.*

¶ Quia lis ut supra dicebamus, dicitur pendere, quousque fuerit per sententiam definita, & ad hoc alleg. *dec. 43.* item si lite pendente, quæ videtur 10. velit pend. sed respon. potest † quod conclusio in causa videtur esse pro sententiæ prolatione, & ter- 10
minus exclusivus revocationis attentatorum, ut per *Rot. dec. 4. attentata ut lit. pend. in no.*

¶ Secundo Afflict. allegabat rationem, quia in qualibet parte litis, attentata debent revocari. *juxt. not. per c. non solum. de appell. in 6. & alleg. d. Rot. 165.* Respond. potest † quod in alia parte litis intelligen- 11
dum est, quam post conclusionem in causa, quia conclusio æquiparatur sententiæ.

¶ Tertio Afflict. dicit † quando judex ex officio suo mero, & puro, petit revocari attentata, non ob- 12
stat notorius defectus, & non coloratio tituli, ut per Rot. quam ibi alleg. ergo conclusio in causa non prodest, quoad revocationem attentatorum. Re- 13
spondetur † quod procederent prædicta, quando judex ex suo illo officio id facit. Secundo quod etiam si id fiat, tamen adhuc obstat quod lis erat finita. Dicit tamen Afflict. quod si antequam concluderetur in causa notatum fuisset, Vitalianus puta-

bat attentata locum non habere, quia videtur lis finita.

14 Sed ego puto † quòd omnino prædicta ut supra attentata, quinimmo & attentata post sententiam datam prout in notula, debeant revocari, per *cap. non solum. de appel. in 6.* quod variis modis induci poterit.

15 ¶ Circa prædicta advertend ũ est quod † *Rot. 4. ut lit. pendent. in no.* quæ incipit attentata lite pendente & alias *est* 57, inquit attentata lite pendente possunt peti revocari usque ad conclusionem in causa exclusive, quia in quacunque parte litis, propter
16 contemptum judicis, possunt talia revocari † conclusio tamen præcludit viam revocationis attentatorum sive spoliationis petitorii.

17 ¶ Sed † hæc procedunt in iis quæ fuerint attentata ante conclusionem in causa, secus verò est si postea talia fuerint innovata secundum prædicta.
18 Idem † dicendum erit si causa attentatorum & causa principalis simul tractata fuerit quoniam con-
19 clusio procludet pronuntiari super attentatis. Sed † si per viam principalis injustæ petitum fuisset attentata revocari utique cum sint diversæ causæ conclusio in una non impedit quin in alia petatur aut procedatur.

20 ¶ Idem † post appellationem interpositam dicendum est, ut attentata peti possunt revocari, usq; ad novam conclusionem in causa, quia appellatio operatur, ut simus in terminis litis contestationis. *l. cum quærebatur ff. de jud. col.*

21 ¶ † Sed & judex ex officio suo, ut quia læsa sit majestas sua, potest quandocunque ante sententiam attentata revocare quia judex semper potest revo-

care

care conclusionem in *causa l. quod jussit de re jud.* & procedendo ad ulteriora, forsitan dici posset, videri hanc conclusionem revocatam, & vide circa prædicta, Vant. *de nullit. pag.* 79.

Ex † eo autem quod in quacunque parte litis at- 22
tentata revocari peti potest concluditur illud quod ponit *Rot.* 27. *licet pars rea de appell. in no.* hoc est quidem licet pars rea in causa appellationis, à definitiva in partibus interposita coram auditore, hujusmodi causæ in curiam super libello de eo per actorem cum negotio principali, litem contestetur, nihilominus poterit postea agere de & super attentatis, quia attentatorum causa in hoc est privilegiata, ut in quacunque parte litis ante omnia ea sit expedienda, nec per litis contestationem huic privilegio videtur renuntiari, quia compulsus à judice litem is fuit contestatus.

Licet autem conclusio in causa excludat revocationem attentatorum, quæ alias ante omnia est facienda ut per supradicta & *Rot.* 6. nota quod attentata ut *lit. penden. in antiq.* ubi additio *alleg. Rom. cons.* 57. tamen id est verum ad instantiam partis.

Judex enim † ex officio suo etiam post conclu- 23
sionem, in causa facere potest attentata revocare ut per Rom. *cons.* 14. quem eadem additio alleg. & supra tetigi.

SVMMARIVM.

1 *Pendentia litis super absolutione à juramento, coram judice ecclesiastico, an impediat sive retardet executionem coram laico? concluf. ut in num. 3. & vide ibi rationes.*

2 *Judex causa præparantis, est judex causa præparata.*

4 *Judex secularis non habet jurisdictionem à judice ecclesiasti-*

siastico, unde non potest illi inhibere, quod intellige ut per Afflict. ibi, per multa.

5 *Nullitas proposita per modum excipiendi, regulariter retardat executionem, & quid si proponatur per modum actionis, & quomodo prima procedat, & ratio 6. & de his multa ibi.*

7 *Obligatio cameralis etiam sine juramento executionem habere potest.*

8 *Propositio nullitatis, regulariter non impedit executionem rei judicatæ, vel sententiæ exequibilis, vel instrumenti, alias exequendi, fallit in multis ut ibi ad longum.*

9 *Pendente causa restitutionis in integ. utrum deveniatur ad executionem, vel si deventum fuerit, id revocari possit per viam attentati? ut in casu ibi proposito, vide ibi dec. Rot. & rationes.*

10 *Sententia adversus quam petitur restitutio in integrum, si non est executioni demandanda data cautione, multo fortius quando petitur restitutio ad appellandum, ex certis legitimisque causis, & ut ibi.*

11 *Quomodo intelligatur regula sententia qua transivit in rem judicatam, mandari debet executioni.*

12 *Restitutio in integ. quem effectum pariat.*

13 *Regulariter restitutionis in integrum, causa pendente nil innovandum quando procedat.*

14 *Vbi conceditur restitutio ad appellandam, intra x. dies, à die restitutionis, id fieri debet.*

15 *Restitutio in integrum impedit executionem, etiam si incontinenti non probetur, nisi subsit timor calumniæ.*

16 *Pendentia absolutionis à juramento, & restitutionis in integrum, non impedit executionem instrumenti.*

17 *Stante appellatione à gravamine, & inhibitione secuta; si pronuntietur male appellatum, & bene processum. à qua sententia iterum appelletur, & ante inhibitionem per judicem primo procedatur an ejusdem processus, remedio attentatorum revocari possit.*

18 *A futuro eventu pendet, utrum attentata revocari debeant per modum attentati an non, quomodo intelligatur, ib.*

19 *In favorem petentis revocari attentata, lis dicitur pendere, quousque per rem judicatam, ut negotium expediatur.*

20 *Stante inhibitione non canonice facta, vel appellatione frivola,*

la, non possunt peti revocari attentata, ut facta per judicem.

21 *Si ultra primum judicem appellationis à gravamine, per secundum quoque inhibeatur judici primo, nisi appellatio aliàs frivola sit, vel canonico non inhibeatur, tunc attentata revocari peti possunt.*

22 *Facta per primum judicem, quando veniant revocanda, per modum attentati.*

23 *Appellatum si fuerit à gravamine illato in partibus, per judicem à quo, nunquam potest procedi post factam commissionem, & inhibitionem in partibus, etiam (si bene processum) pronuntietur: quia causa non remittitur ad partes amplius, cum semel fuerit in curia Rom. introducta, quo casu peti poterunt revocari facta lite pendente. etiam ante appellationem à gravamine, ratio ibi.*

24 *Auditor cui causa appellationis commissa est, non potest cognoscere nisi de gravamine, expresso in appellatione ut in casu ibi proposito, & ratio ibi.*

Iudex appellationis à gravamine, non cognoscit de innovatis ante, nisi in eventum, quo causa ad se devolvatur, & ut ibi.

Pendente causa absolutionis à juramento, item nullitatis, item restitutionis in integrum quomodo attentetur.

Caput XXIII.

QUtrum † pendentia litis super absolutione à juramento impediat sive retardet executionem instrumenti guarentigiati, vel ex forma statutorum habentis executionem vel obligationis in forma Cameræ, vel in regno Neapolitano obligationē factam, penes acta Curiæ magnæ Vicariæ? 1

Videbatur quod litis pendentia super absolutione à juramento esset præjudicialis ad causam intentatam, coram judice laico, ut tenet Federic. *Sen. conf.*

126. *In*

126.*in q. Do. Io. Pauli. & consil.* 300. factum proponitur.

2 Item quia dicimus † quod judex causæ præparantis est judex causæ præparatæ, ut per Bal. *in l. ordinarii in secundo not. C. de rei vend.* Alex. *cons.* 187. *in fin. lib.* 2. Petrus *sing.* 88. *qui judex* & scribitur per Moder. *in rub. C. de edend.* Ferrat *caut.* 53.

3 In † contrarium tamen fuit notatum in consilio Neapolitano, ut per Aflict. *decis.* 30. fuit dubitatũ ubi hanc quæstionem ponit in terminis, & dicit quidem ita fuit notatũ in d. consilio, hoc est quod pendentia litis, *super absolutione* à juramento cõram judice ecclesiastico, non impedit executionem coram seculari, quia sunt diversæ causæ, & ad hoc alleg. Ang. *in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re jud. alleg. l. in. fin. C. de ord. cogn.*

4 Item † quia judex secularis non habet jurisdictionem à judice ecclesiastico, unde non potest illi inhibere sec. Bal. *in l. p. in fi. C. quo. & qu. jud.* sed Aflict. ubi supra, dicit quod inhibetur sub pœna excommunicationis, unde cum sit timenda non quadrat hæc ratio nisi circa attentata dicamus eandem non ligare, & dicit Afflictus quod talis opinio servatur in practica præsertim, si esset calumniosa petitio absolutionis, item si solutio esset facienda in termino qui laberetur, itẽ si esset per petentẽ jam in cursum in perjurium, cui non conceditur absolutio, de quo per Doct. *in cap. 1. de jurejur.* & ita cum mihi casus evenisset vidi observari, & scribit Alex. *consil.* 83. *lib. 5. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re judicat.* Laurent. Rodulp. *in c. consuluit q.* 129. *de usuris.* Jas. in *l. ne quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. procons.* unde vel si concessa sit absolutio à juramento, & inqui-

quiratur coram judice ecclesiastico, super usuraria pravitate inhibitiones † emanatæ non operantur remedium nullitatis, ad hæc Franc. Rip. *in d. §. condemnatum num. 29. ubi respond. ad c. tuam. de ord. cognit.* 5

Juxta prædicta tangitur quia † nullitas proposita per modum excipiendi retardat executionem regulariter, ut latissime per Franc. Rip. *in d. §. condemnatum.* Sed † an si proponatur per modum actionis Innoc. in c. cum in jure de offic. deleg. tenuit quod def. conclusio idem scribit Ang. & Imol. *in d. §. condemnatum.* Idem *Rot. 3. licet per viam, de except. no. alias 280.* 5 6

¶ Alex. *in d. §. condemnatum arg.* à contrario sensu de *clem. ut calumniis. ex de re jud.* tenet contrarium, quod Paul. Castrens. *in aut. quæ supplicatio. C. de precib. imp. offer.* intelligit procedere si petitio super nullitate præcesserit petitionem executionis. Rip. *in d. §. condemnatum. col. fin.* præterea requirit quod sit opposita exceptio nullitatis, item quod judex executionis fuerit inhibitus à judice nullitatis. Sedquid si idem sit judex nullitatis, & executionis, videtur quod non requirantur hæc quia sententia nulla non meretur executionem. *d. §. condemnatum.* Item not. quod in his casibus, quibus Doc. dicunt quod nullitas suspendit executionem, procedit non solum, per modum impeditivum executionis, sed & processus vel ita quòd utriusque processus procedat, præsertim si propositio executionis, sit calumniosa, quia propositio non solum absolutionis super rescissione contractus, sed & petitio super absolutione præsertim inter diversas personas, vel secuta inhibitione ab ecclesiasti-

siastico non ligat. Gom. *cons.* 200. *lib.* 5. & juxta prædicta nota quod scribit Gallesius in utili tractatu obligationis, in forma cameræ hoc est quod introductio pendentiæ litis super absolutione à juramento, non impedit executionem paratam, vel secuta inhibitione quod dicit non habere difficultatem in executione super absolutione à juramento obligationis, in forma camerę, quia absolutio in tali casu ad effectum excipiendi, non datur ut quis agat petita absolutio, non potest executionem impedire, quia una causa ab altera est diversa, & † ob-
7 ligatio cameralis etiam sine juramento executionē habere potest, quod notandum est, ad instrumenta guarentigiata, & alias habentia executionem, etiam sine juramento, & subdit ibidem Gallesius, quod etsi obligatus introducat litem super nullitate obligationis, non propterea impedietur executor, vel si executori dictæ obligationis Cameralis, fuerit inhibitum, quia sunt diversæ causę ut non debeat impedire inhibitio ex causa nullitatis talem executionem, ut contra executio talem nullitatem, verum tamen est, quod si agens super nullitate obtineret pariter etiam obtineret revocationem executionis, ut per Franc. *in c. dilecti. col.* 11. *de appell.* ubi quoque tangit quid si per viam exceptionis, nullitas proponatur. Item nota quod † propo-
8 sitio nullitatis regulariter, non impedit executionem rei judicatæ, vel sententiæ exequibilis, vel instrumenti alias exequendi quando proponitur principaliter, quinimmo suspenditur causa nullitatis, ut latissimè per Vant. *de nullit. pag.* 81. Vestrium *in pract. in tit. de nullit.* fallit quando nullitas proponitur per viam exceptionis quę non requirit altiorem inda-

indaginem, ut per Vant. ubi supra. Secundo fallit ubi nullitas proponatur cum appellatione, ut per Vant.ibidem,sed quomodo procedit cum præsupponamus exequibile quod non cadit ubi datur appellatio,dic quòd multi casus reperiuntur in quib. datur appellatio,& interim exequimur,quod si verum est,& ubi proponitur causa recursus à laudo idem dicendum erit proposita nullitate,& recursu. Tertio fallit quando proponens nullitatem posset eam probare incontinenti, id est intra tempus executionis,ut per Vestrium *in d.loco* quod proderit ad pronuntiandum,super nullitate,quod procedit etiam, si pro parte proponentis nullitatem nihil sit probandum,ut per Staphil.*de commiss.lit.in.pag.*112. Quarto fallit ut privilegium cle. ut calumniis, ut nullatenus &c.procedat in tribus conformibus tãtum,secus in non appellabili, vel aliter exequibili una vel duabus,quia tunc processus se invicem, nõ impediunt, ut per Vestrium ubi supra, ampliando etiam quod inhibitio iudicis nullitatis interveniss-set vel alius, & nullitas operatur revocationem attentatorum postea obtenta sententia super nullitate,una cum omnibus inde secutis.Quinimmo quia perens executionem suspectus dedilapidatione,solum consequetur sequestrationem proposita nullitate. Sexto quia operatur litis pendentiam super nullitate, ubi executio alias esset irreparabilis retardetur, ut per Vestrium ubi supra, Septimo fallit quando agens de nullitate, excipit etiam de nullit, ut per Vestr.ubi supra,sed tunc retardat per modũ exceptionis,non per modum actionis. Octavo fallit in exceptione, quod me, cau.& in aliis, quæ iustificant appellationem à sententia de exequendo,

quia si tunc, ergo magis prius, de quibus per Dec. *in c. ex parte 2. de offic. deleg.* unde dubitari potest, quid si prætendatur contractus initus dolo, in quo idem dicerem, si annullat ipso jure, & procedunt, sive simus in prima instantia nullitatis, sive in secunda.

9 Juxta prædicta q. † utrum pendente causa restitutionis in integrum deveniatur ad executionem, vel si deventum fuerit, id revocari possit per viam attentati, ecce enim lata sententia, quæ transivit *in rem judicatam*, priusquam sententia executioni mandaretur, condemnatus impetravit committi causam, super restitutione ad appellandum, in qua omissis citationibus, deventum est ad executionem, nunc instatur super revocationem attentatorum, quid juris? *Rot. 51. si committitur causa de appell. in not.* tenuit, quòd hujusmodi executio facta, ut supra, revocari debeat per modum attentati, quia non est dubium litem pendere super restitutione ad appellandum, lite autem pendente revocari debent attentata, præsertim si ex causis allegatis, pars poterat cogitare restitutionem in integrum esse concedendam.

10 Item † si sententia adversus quam petitur restitutio in integrum, non est executioni demandanda, data cautione ut in *cap. suscitata, de rest. in int.* multo fortius quando petitur restitutio ad appellandum, ex certis legitimisque causis, quæ restitutio levius citiusq; concedi debet, quam restitutio adversus sententiam, ut *c. quamdiu de appell. in clem.* Accedente quia si in curia Romana id contingat, Papa solet facere commissiones hujusmodi super restitutione

tione in integrum, & ita faciendo videtur totum negocium ad se advocare, & sic nihil fieri potuit negotio ita pendente *cap. ut nostrum de appell. cap. si eo tempore. de elect. lib. 6.* & scribitur *decis. 62. de appell. in no. si lata*, licet in d. decis. collector teneat contrarium ubi stante commissione, super restitutione in integrum ad appellandum, & omissa citatione, remedium attentatorum non procedit, ut ibi.

Non obstat quod sententia, quæ transivit in rem judicatam mandari debeat executioni, *c. cum inter de re jud. c. concertatione de appel. lib. 6.* & factum legitime revocari non debet reg. factum *legitimè de reg. jur. in 6.* † quia intelliguntur hæc secundum prę- 11
dicta, quotiescunq; irrevocabiliter sententia transivit in rem judicatam innoveturque servatis servandis.

Hæcque maxime procedunt, si post propositam causam restitutionis, per judicem inhibitum fuerit, *juxt. ca. non solum, & cap. Romana de appell.* & latius hæc prosequitur Rota suprascripta *decis. 51. si committatur. de appell. in no.* & Cassad. *ut lit. pend. decis. 1.* dicit servari dictam *dec. 51. & non illam 62. & ita ap. post. ad d. dec. 62.* refert & vide de materia Octavia. Vest. *in tit. de restit. in integ. in pract.* Bene *dec. 85. nu.* 12. qui Octav. Vestr. & Bene. latissimè examinant articulum an & quando, pendente causa restitutionis in integrum, impediatur fieri executio rei judicatæ, & dicit Vestr. *in d. pract. tit. de rest. in integ.* quod tenendum est, † quod regulariter petitio re- 12
stit. in integ. operetur effectum suspensivum & executionem impediat. *l. unic. C. in integ. rest. postul. nihil. inno.* Abb. & alii, *in c. sciscitata de rest. in integ.* Cassad. *dec. 5. in fin. de appell.* idque etiam si non jure

communi, sed speciali, utpote jure minoris, peteretur restitutio secundum Salyc. *in l. unica in fin. C. ne lic. ter prov.* licet. Bal. fuerit in contraria opin. quem Saly. ibi reprobat, & Cassad. *dec. 1. de rest. in integ.* refert sacrum palatium modo unam, modo alteram amplecti opinionem, ut calumniæ suspicio cessat, vel locum habet. Vestrius autem palatii usum ju-
13 ri conformari putat, hoc est quod † regulariter restitutionis in integrum causa pendente, nihil sit innovandum, quod non procedit, ubi expressè per calumniam peteretur *restit. in integ. ut per Doct. in d. c. sciscitata.* Plane & hoc sublimitatur, ut non procedat ubi executio esset præjudicii irrecuperabilis, vel per cautionem non posset præservari, ut per Abb. *in d. c. sciscitata.* ut incarceratione exemplificari potest, & dicit idem Vestrius quod ubi judex restitutionis inhibuisset, & vellemus nihilominus executionem fieri, impetrare consuevimus commissionem judicis restitutionis directam, ut præfixo petenti restitutionem aliquo brevi termino ad probandum, & docendum cur executio impediri debeat, & nihil quod impediat, sive relevet docto, inhibitionem suam moderetur, & ita judex executionis, exequetur, quæ practica observatur etiam in iis casibus, in quibus restitutio retardat executionem, quo casu si inclinaretur pro restitutione concedenda, solet omissa restitutoria sententia, procedi in causa principali, ut per
14 Vestr. ubi supra, qui subdit, † quod ubi concederetur restitutio ad appellandum, intra x. dies, à die restitutionis, id fieri debet, alleg. *Rot. 446.* si lata u-
15 na diffinitiva. Item nota † quod restitutio in integrum impedit executionem, etiam si in continenti

nenti non probetur, nisi subsit timor calumniæ, ut hæc latissimè attestatur de communi Cephal. *cons.* 116. *restitutio*, & ibi dicit, quod sunt qui distinguant inter jus civile, & jus canonicum: Item † pen- 16
dentia absolutionis à juramento, & restitutionis in integrum, non impedit executionem instrumenti. *Corn. cons.* 31. *col. fin. lib.* 3.

Si autem appelletur à gravamine ante diffinitivam, & non deferatur appellationi, & committatur causa appellationis alteri auditori, qui servatis servandis, inhibeat primo auditori, & demum pronuntiet male appellatum, & bene processum, per primum auditorem, & remittat causam, à qua sententia iterum appellatur, & non defertur appellationi, & causa committatur de ista secunda appellatione, alteri auditori. Item antequam per istum secundum auditorem, super hac secunda appellatione, inhibeatur primo auditori, is primus auditor procedit ad ulteriora in causa principali concludit, & profert diffinitivam sententiam contra istum appellantem, cuius processus & sententia, tanquam appellatione pendente supradicta, per modum attentati, per istum secundum auditorem, petuntur revocari, ut in effectu quæstio sit utrum stante appellatione à gravamine, & inhibitione secuta, si pronuntietur male appellatum & bene processum, à qua sententia iterum appelletur, & ante inhibitionem per judicem primum procedatur ejusdem processus remedio attentatorum, revocari possit? videbatur quod hæc attentata essent revocanda, quia lite pendente, sive appellatione pendente, fuerunt innovata c. venientes. ex. de jurejuran.

Secundo quia ſtante inhibitione judex primus procedere amplius non poterat. *C. non ſolum de appel. lib. 6.*

Nec obſtat quòd ſublata ſit per ſententiam, quia ſententia hujuſmodi fuit appellatione ſuſpenſa. *d. c. venientes.* extra de jurejurand. Imol. *in l. tale pactum.* §. qui provocavit, ff. de pact. Alexad. *conſil. 35. lib. 4.*

Rot. 65. ſi appell. à gravamine, de *appell. in not. a-*
18 *lias* 461. dicit quod determinatum fuit quod † à futuro eventu pendet, utrum attentata revocari debeant per modum attentati an non, hoc eſt quod inſpiciatur ſi ſecundus judex appellationis à ſententia bene pronuntiatum & proceſſum & male appellatum, confirmabit ſententiam, non videatur attentatum, quia inhibitio illa ſuſpenſa per appellationem, nunc in totum extinguitur, cæterum ſi pronuntiaretur, bene appellatum, utique talia revocarentur per modum attentati, eandem opi. ſequitur *Ro. 1. de. off. de leg. in no.*

Sed videtur quòd judex ille primus bene procedat, quia cum habeat remiſſionem ad ſe per primũ judicem videtur ignorare appellationem ante inhibitionem, ut procedere poſſit. *jux. c. non ſolum. de appell. in 6.* & ita videtur ſentire Rot. 1. *de offic. de leg. in no. alias* 138.

Item videtur quod Rot. *ſupra alleg.* non conſideraverit caſum, in quo ab iſto poſſet iterum appellari ut iterum ſuſpendatur juriſdictio *juxt. tit. ne liceat ter. prou.* quod tamen dictum *Ro.* 1. videtur rejectum ut non impediat ante inhibitionem, judicem primum.

19 ¶ Item † in favorem petentis revocari attenta-

ta,

ta, facit quod lis dicitur pendere, quousque per rem judicatam, negotium expediatur, & ita processus facti per judicem veniant revocandi.

Advertendum tamen præterea est, quod † stante inhibitione non canonice facta. Item quod stante appellatione frivola, non possint peti revocari attentata, ut facta per judicem à quo, ut latè per *Rot. 58. si appelletur de appell. in no.* ubi etiam ponit, quæ sint necessaria ad canonicam inhibitionem. 20

Non est etiam prætermittendum † quod si ultra primum judicem appellationis à gravamine per secundum quoque inhibeatur judici primo, nisi appellatio alias frivola sit, vel canonicus non inhibeatur, tunc attentata, revocari peti possunt. 21

Quod † si primus judex appellationis causam non remisisset, sed detulisset appellationi, à quo fuit deinde appellatum, certe facta per primum judicem causæ, veniret revocanda per modum attentati, ut sentit Franc. *in c. ut debitus. col.* 10. *vers. ult. pone n.* 28. Idem tenet *apost. ad d. Rot. 1. de off. deleg.* 22

Præterea advertendum est, † quod si appelletur à gravamine illato in partibus per judicem à quo, nunquam potest procedi post factam commissionem, & inhibitionem in partibus, etiam si bene processum pronuntietur, quia causa non remittitur ad partes amplius, cum semel fuerit in curia Rom. introducta, ut per Ægid. *dec. 3. in tit. de appell. & dec. 9. eo. tit. in fi. cum alleg. per addit ad Rot. 23. de rescr.* & ita sentit additio *ad d. dec. 1. de off. deleg.* & hoc casu peti poterunt revocari facta lite pendente, etiam ante appellationem à gravamine, quia totum negocium devolvitur ad curiam, quod non est in sequenti casu. 23

Namque si appelletur ab aliquo gravamine ante
sententiam diffinitivam, & committatur causa ap-
24 pellationis hujus gravaminis alicui auditori, † non
potest is, cui causa hujusmodi commissa fuerit re-
vocare innovata vel attentata lite pendente, ante
appellationem tamen à gravamine, quia is non po-
test cognoscere nisi de gravamine expresso in ap-
pellatione cujus causa sibi commissa fuit *clem. ap-
pellanti de appell.* Item quia talia attentata ante gra-
vamen hujusmodi, videntur concernere negotium
principale, cujus cognitio ad judicem istum non
pertinet, nisi in eventum gravaminis *cap. ut debitus
de appell.* & ita scribit *Rot.* 55. si appelletur ab aliquo
25 gravamine, *de appell. in no.* † ubi voluit quòd judex
appellationis à gravamine, non cognoscit de inno-
vatis ante, nisi in eventum, quo causa ad se devol-
vatur. Item nisi attentata fuerint inhibitione secuta
à se, adde vel eo, qui cognovit de gravamine, & i-
dem si antea, vel post appellationem à gravamine
fuerint innovata, ut per *Rot. ubi supra dec.* 55. si ap-
pelletur.

SVMMARIVM.

1 *Facta intra terminum præfixum à judice, à quo, ad dandum apostolos, an veniant revocanda per modum attentati? ibi.*
Aliud est esse invitum, vel revocari remedio attentatorum.
2 *Post sententiam nota quatuor tempora, ut ibi.*
3 *Opinio collectoris, quod pendente termino ad dandum apostolos, contra innovata, locum habeat remedium attentatorum, & ratio ibi.*
4 *Responsio ad opi. collectoris, cum rationibus addit ad Dec. 19.*
Causa apostolorum, est appellatio, & instructio.
5 *Apostolorum petitio, & negotium videtur habere se per modum causati ab appellatione unde ejus naturam sequitur,*

Quando

Quando aliqua participant eandem causam directo vel per medium principaliter, vel secundario ibi unius pendentia. facit similem processum.

5 *Pendere, vel de proximo pendere aquiparantur.*

6 *Si per judicem à quo processum fuerit, in casu ibi proposito, an facta per ipsum judicem, per remedium attentatorum debeant revocari? vide ibi, cum rationibus seqq.*

7 *Opiniones diversæ circa appellationem à gravamine.*

Facta pendente termino ad dandum apostolos, quomodo revocanda.

Caput XXIV.

UTrum † pendente termino ad dandum Apostolos præfixo per judicem à quo, & facta tali termino pendente, veniant per modum attentati revocanda? quod non veniant revocanda, & valeat processus, omnes tenuisse si excepto scribit. Collector *decis. 19. si judex procedit. de appell. in no.* pro quibus allegatur. *c. ut super & c. adeo de appell. lib. 6.* ubi jubet dari apostolos, & si denegentur, ex tunc decernitur processus initus, ergo antea valebat quia dictio, ex tunc, notat temporis extremitatem, *l. iiij. §. fi. ff. de cond. & demonstr.* 1

¶ Respon. quod decernitur initus ex tunc, ergo prius valebat, sed non fuerat processum, vel aliud est esse initum, vel revocari remedio attentatorum.

Utique videtur esse corrigere. *c. non solum de appel. in 6. & sic not.* † post sententiam quatuor tempora. Primum tempus denegationis approbatorum, & procedat. *c. ut super. & c. ab eo.* Secundum tempus negligentis dare apostolos, vel negligentis recipere, in primo casu procedit *c. non solum*, ut dicam in tertio, in secundo videtur transire in rem judica- 2

tam, quia videtur appellationi renuntiari. *ut. c. ab eo. de appell. lib. 6.* tertium tempus antecedens negligentiam, vel denegationē, & bene videntur esse in terminis *cap. non solum alleg.* consideratur tempus post conclusionem in causa, & post datam sententiam, prout in notula, ut alias scripsi, quartum tempus considerari potest, præfixo termino ad dandos apostolos, & videtur quòd simus in terminis. *c. non solum de appell. in 6.*

3 Collector vero in supra alleg. decisione † dicit se fuisse in opinione, quod pendente termino ad dandos apostolos contra innovata, locum habeat remedium attentatorum, quam opin. dicit tenuisse Jo. de Lig. *in c. dilectis. de appell.* qui alleg. idem tenuisse Paul. de Leaz. & idem Host. *in gl. c. contra. de appell. in 6.* pro qua opin. adducitur talis ratio, quia pendente termino, officium judicis conquiescit. *l. sive pars. C. de dellat. c. sæpe. c. oblatæ. c. personas. de appell. cum simil.*

4 Respon. † quod id procedit per officium quod judex pendente dilatione debet silere, non autem ex eo, quod remedium attentatorum locum habeat, quasi differentia sit inter remedium attentatorum, & revocationem, & non quæ facta fuerint dilatione pendente.

Pro hac opin. additio ad supra alleg. *dec.* 19. considerabat quasdam rationes, ut quia actus considerari debet secundum causam antecedentem, vel productam, ut secundum illam fiat interpretatio. 15. *q. 6. c. in fi.* causa autem apostolorum, est appellatio & instructio, ut ergo appellatio, seu apostolorum causa videtur dare materiam attentatis, & causam; Inde additio illam considerabat, quòd apo-sto-

postolorum petitio, & negotium videtur habere se per modum causati ab appellatione, unde ejus naturam sequitur. *arg. l. sponsæ. §. generaliter. ff. de don. int. vi & ux.*

Inde dicebat additio eadem, quia quando aliqua participant eandem causam directo, vel per medium principaliter vel secundario, ibi unius pendentia facit similem processum. *l. fundum. l. fundi. ff. de excep. c. tuam. de ord. cogn. l. duobus. §. exceptio. ff. de iureiur.*

Postremo suprad. additio allegabat, † quia pendere, vel de proximo pendere, æquiparantur. *l. si testis. & seq. de pet. hær. ut dari, vel de proximo, habetur pro eodem. l. peti. ff. de test. mil.* sed datio apostolorum vitiaret processum judicis à quo, ergo &c. namque aut sunt delatoris, & reverentialis, & defertur appellationi, aut restitutioni, & sumus *in c. ab eo de appell. & reven.* hæc sequens opinio verior. ad hæc quædam Manfr. *conclus. 3.* vide Bellem. *decis. 622. processus factus.* ubi latissime de materia, & Boer. *decis. 256. col. fin.* † 5

Sed quid si requisita præsentia judicis, & alias servatis servandis, appellatum fuerit coram honestis personis, non autem coram judice, & ab iisdem apostoli decreti, quatenus per se possit, & appellatione huc judici à quo, aliter non intimata, per judicem à quo procedatur, an per remedium attentatorum prædicta debeant revocari? quod sic, videtur *per c. non solum. de appell. in 6.* quod loquitur generaliter & indistinctè. ita not. Ægid. *decis. 638* super articulo, ubi dicit, super articulo gravaminis, à quo est appellatum, non impetratur commissio, antequam dati fuerint apostoli, non † 6

intel-

intelligitur de articulo habente vim ultimæ diffinitivæ.

Item facit, quia appellans coram honestis personis non tenetur alibi judicem sequi, pro intimanda appellatione & petendis apostolis. *l. ij. §. biduum. vers. dies. ff. quand. appel. sit.* & satis est prosequi coram judice ad quem secundum Ægid. *dec.* 381. & appellari potest & peti possunt apostoli in absentia judicis coram aliis præmissa protestatione de absentia secundum Mill. id fieri debet. Item si sit absens judex potest appellari in loco tribunalis, tanquam congruo ut per *Rot. 50. de appell. in no.* Item quando appellatur in absentia judicis de necessitate apostoli non sunt petendi sec. *Spec. in tit. de appell. in 4. p. §. sequitur videre vers. notandum* Franc. *in c. fi. q. 13. de appell.* quia apostoli reverentiales, vel refutatorii per alium nullum dati possunt quam per judicem à quo, ut hæc latiss. considerat. Cassad. *dec. 8. appellaverat in tit. de appell.*

7 ¶ † Item circa prædicta nota quod *Rot. 19.* secundum aliquos, alias 214. *de appell. in antiq.* dicit quidem secundum aliquos, ubi appellatur à gravamine ante dationem apostolorum, si fiat commissio valet, sed tamen iudex appellationis, non habet procedere si opponatur per partem, donec sint dati apostoli, quia remanet primus iudex, iterum *Rot. 6.* utrum si appelletur de rescript. in antiquior. dicit, quod si appellatur à gravamine, vel interlocutoria & ante dationem apostolorum judex impetratur, valet, & judex impetratus procedere potest, antequam per judicem à quo fuerint dati apostoli, quia tempus prosequendæ appellationis, currit appellanti à die latæ sententiæ vel illati gravami-

vaminis, & tempus dandorum apostolorum debet sibi auferri, & licet primus remaneat judex, tamen illius jurisdictio est suspensa. Non negando tamen quod si judex à quo revocaret gravamen, & reponeret retrò secundus judex nulliter ageret, subdit tamen quod alii tenent contra propter malitiam impetrantium, quia si esset expressum, quod penderet terminus apostolorum, Cancellarius forsitan id non concessisset, primam tamen opinio, ibi sequitur Bisignetus.

SVMMARIVM.

1 *Si duo pluries inter se attentarunt, ut in casu ibi proposito, & ultimo attentans proponat causam per modum exceptionis, quod contra se fuerit, attentatum, quid juris? vide ibi.*

2 *Spoliatus, qui illico recuperat, non censetur spoliasse, sed potius in pristinum casum reverti.*

3 *Videntur paria illico, & incontinenti dejicere spoliantem, vel intra biduum, vel triduum quaerendo amicos.*

4 *Spoliatus, qui lite pendente, recuperavit possessionem, non habet remedium attentatorum.*

Quando plura spolia sive attentata proponantur.

Cap. XXV.

LIte pendente super attentatis tu me spoliasti, & dum ego ago super attentatis, vel aliter te iterum spolio, & tu iterum me, & ego contra postremo loco te uterque nostrum agit super attentatis, † & ultimo attentans, præsertim proponit causam per 1 modum exceptionis, quod contra se fuerit attentatum quid juris? Thom. Fast. *caus.* 20. *dub.* 40. primũ an videatur arguit, quod videatur admittenda exceptio, tu prius contra me attentasti, quia † ille, 2

qui

qui spoliatus illico recuperat spoliatus, non censebitur spoliasse, sed potius in pristinum casum reverti *l.iij.§.cum igitur.ff.de vi,& vi arma.*& † videtur quod sint paria illico, & incontinenti dejicere spoliantem,& infra biduum vel triduum, quærendo amicos.

3

¶ Item Thom.Fastol.*caus.*1.*dub.*4. quarum dubium dicit,quod ultimus spoliatus semper auditur, quando non incontinenti spoliatio fiat *cap.fin. de ord.cogn.*quasi sentiat quod ultimum spolium semper est purgandum,ut dicit *Ro.*27.*licet alias* 185.*de appel.in no.*sic quod exceptio spolii non attendatur. Dec.*cons.*200.*col.fi.*Doc,*in c.bona.de appell.*Marant. in *Spec.in tit.de appell.num.* 393. Manfr. *concl.* 20. & *concl.* 43.*qui concl.*98.† dicit quod spoliatus qui lite pendente recuperavit possessionem, non habet remedium attentatorū alleg.*Ro.*428.*in antiq.*& Dec. *cons.*460.*num.*20.Ad hoc videndus est Cassad.*dec.* 3.*de rest.spol.*& quæ dixi alias in materia differentiarum inter interdictum,unde vi,& materiam attentatorum, ubi dixi distinguendum inter ea, quæ fiunt incontinenti,& quæ ex intervallo.

SVMMARIVM.

1 *Agens remedio attentatorum,utrum teneatur colorare titulum super possessione,an ei sufficiat solum probare se possediſſe tempore litis mota,& postea probare se fuisse spoliatū dum processus agitatur? ibi per multa pro utraque parte.*

2 *In interdicto unde vi,agens in beneficialibus,non auditur,nisi possessionem coloret,ne detur vitiosus ingressus.*

3 *In beneficialibus,oportet justificare possessionem ex titulo,antequam fiat restitutio,saltem in prima figura.*

4 *Nullo juris ordine servato,proceditur in remedio attentatorū ut ibi,& videtur intentari incidenter hoc remedium.*

5 *Plus offenditur judex per attentata,quam pars,quia ejus dignitas,& officium contemnitur.*

6 Lex

6 *Lex offenditur per attentata, quia iubet, nil innovandum lite pendente, ut*

7 *In attentatis magis inspicitur contemptus superioris, quam læsio iuris, & partis.*

8 *Quomodo sufficiat spoliato agenti colorare titulo possessionem.*

Sola provisio executoris, sufficit pro colore possessionis, & sola provisio vicarii episcopi.

Confessio adversarii, de titulo agentis sufficit pro colore.

9 *Agenti spolio, non obstat notorius defectus iuris, in hoc tamen diversæ sunt opiniones, ut ibi latè per eum. num. 10.*

11 *Coloranspossessionem ex infecto titulo, non auditur petens revocari attentata, quia potius est infectum titulum allegare, quam nullum.*

12 *Regulæ duæ Abb. pro cognoscendo titulo colorato.*

13 *Casus speciales, in quibus dicitur titulus non coloratus. ibi. latè, & remissivè.*

14 *Intrusus quis dicatur, & ad affectum regulæ, de triennali, quomodo consideretur. ibi. 15.*

16 *Obiectorum materia ad longum ibi tractatur, usque in finem cap.*

In causa attentatorum an sit coloranda possessio, & quædam de colore possessionis & obiectibus.

Caput XXVI.

PVlchra est dubitatio † utrum agens remedio attentatorum teneatur colorare titulum suæ possessionis, an ei sufficiat solum probare se possedisse tempore litis motæ, & postea probare, fuisse spoliatum dum processus agitatur, quidam argumentabantur, quod possessio esset coloranda, quia † in interdicto unde vi, agens in beneficialibus non audi- 1 2

tur

tur nisi possessionem coloret. ut per Arch. *in cap. eum qui de eo qui mit. in poss. lib. 6.* Innoc. *in cap. ex parte de rest. spol.* Joan. And. *in clem. unic. de caus. poss. & propr.* ne detur vitiosus ingressus, *contra d. c. eum qui & cap. 1. de reg. jur. lib. 6.* ne alias dicamus beneficium ecclesiasticum, sine canonica institutione possideri cap. ex frequentibus, de institutionibus, facit quod vult capella *Tolos.* 15. ita fuit quæsitum an intentanti, ubi refert communem esse opinionem
3 † quod in beneficialibus oporter justificare possessionem ex titulo antequam fiat restitutio saltem in prima figura, & hanc opinionem sentit Ægid. Bellem. *decis.* 286.

In contrarium quod spoliatus lite pendente habeat remedium attentatorum, & non teneatur titulo colorare possessionem, † quia hoc remedium
4 videtur intentari incidenter, item quia nullo juris ordine servato in remedio attentatorum, proceditur ut judex ex mero & puro officio suo, possit attentata lite pendente in pristinum statum revocare, ut non jure actionis sed judicantis officio id fiat,
5 quia † plus offenditur judex, cujus dignitas & offi-
6 cium contemnitur, quam pars, immo † & lex offenditur quæ lite pendente nihil innovari jubet ut privilegium attentatorum, sit ampliusremedio reintegrandæ, vel interdicto *unde vi, ut per Rot. 2. fuit dubitatum de rest. spol. in no.* Hanc decisionem sequitur, & dicit suo tempore fuisse in observantia Cassad. *dec. 3.* petens restitutionem, *de rest. spol.* & eandem opinionem, si agatur de spolio lite pendente facto, ut ante omnia sit facienda restitutio, tenet Ægid. *dec. 49. agens & concl. 17 secundum & concl. 101. constat.* Vestrius *in pract. in tit. ut lit. pend. lib. 8.* ut sine

colo-

colore sufficiat tantum probare spolium lite pendente, ut per Cassad. *d. decis.* 3, ubi notat hanc differentiam inter cano. reintegrandæ, & remedium attentatorum, pro hac opinione videtur *tex. in d. cap. non solum. de appel. in 6. in c. ad præsentiam, in c. bonæ de appell.* & † quia in attentatis magis inspicitur 7
contemptus superioris, quam læsio juris, & partis *cap. cordi in fi. de appell. in 6.* & tangitur per *Rot. 2. de rest. spol. in no.* & Cassad. *d. decis.* 3.

Planè † ubi est coloranda titulo possessio sufficit, 8
agenti spoliato colorare, per supplicationem etiam literis non expeditis, etiam non obstante regula de non judicando literis non expeditis, ut per Gomes. *ibi q.* 5. & ibi tangit quod sufficit sola provisio, sub executoris pro colore, ut per Ægid. *concl.* 573. *spoliatus*, ut & sola provisio Vicarii Episcopi, ut per Ægid. *concl.* 50. *si petens*. Item confessio adversarii de titulo agentis sufficit pro colore, ut per Fel. *in ca. olim. col.* 6. *de rescriptis*, licet in consistorialibus aliter dicatur per extra *injunct. de elect.* unde idem si tales literæ essent super dispensatione duorum incompatibilium, & in fine tangitur per Gomes. ubi supra † 9
quod agenti spolio non obstaret notorius defectus juris contra dictum Innoc. *in c. constitutus. de filiis presbyt.*

Sed † in hoc sive agatur ex can. reintegrandæ, 10
comm. opinio est in contrarium, ut per Doct. *in* §. *nihil commune. l. naturaliter. ff. de acq. poss.* & puto me scripsisse in libro de suspensione petitorii & possessorii, sive agatur remedio attentatorum communis videtur in contrarium, & de jure quoquè ita observandum, ne detur vitiosus ingressus *sec. glos. & Inn. in c. significasti de divortiis, & per Rot.* 13.

de reſt.ſpol.in antiq. Butrius & Franc.in *c.bonæ de appel.Rot.5.& 7.in antiq.& 2.in no.ſub titulo,ut lit.pend.* & habetur *in dec.2.de reſt.ſpol.in no.& dec.12.de cauſ. poſſ.& propr.in antiq.& dec 2.& 13.& 24.de reſt.ſpol.in antiq.* Ægid *deciſ.356.& deciſ.593.& deciſ.553.* & latiſſime ſcribitur per Caſſad.*dec.3.de reſtit.ſpol.* & per Affli & *deciſ.352.quidam Corbiſerius.* Manfred. *concl.* 20.ubi ſimpliciter loquitur, quando conſtat de non jure,quod intelligitur quando notorie conſtat de non jure,& hæc procedunt in beneficialibus,vel alias *in iis in quibus requiritur tituli coloratio*,ſecus vero eſt in prophanis.Planè dictum à Gomeſio ibi procedere poſſet ex eo quod judex ex officio ſuo,etiam ubi conſtat de non jure patientis attentata & notorie poteſt,quia læſa eſt dignitas ſua avocare poſſeſſionem, vel ſequeſtrare paſſo attentata, non reſtituendo,quia conſtat de non ſuo jure notoriè,& minus attentati propter delictum ſuum, ut per Butr.& Franc.*in d.cap.bonæ.*& per Caſſad.*d. deciſ.3.in fin.*

11 Circa quæ nota † quod colorans poſſeſſionem, ex infecto titulo, non auditur petens revocari attentata, quia pejus eſt infectum titulum allegare, quam nullum,ut per Ægid.*concl.393.ſi petens.* ſufficit tamen colorare titulum ſummariè,ut per Ægid. *dec.99.in reſtitutione.*

12 ¶ † Ad cognoſcendum autem titulum coloratum,Abbas *in c.cum noſtris col.fin.de conceſſ.præben.* ponit duas regulas,prima eſt quod ubicunque defectus non eſt in conferente nec inducitur privatio à jure,vel ab homine,talis poſſeſſio eſt colorata, ſecunda regula eſt quod ubicunque conferens, non habet poteſtatem conferendi,ut puta laicus, vel alienus

lienus episcopus, qui conferendo faciunt contra jus, ut *in c. illud de jure patron.* tunc enim titulus datus ab eo, qui non habet potestatem alienandi, habetur pro non titulo, & sic non est coloratus. Licet quoad colorem requisitum in regula de triennali possessore, alia ratio de non colore tituli sit habenda, ut per Gomes *in reg. de triennali. q.* 27. † ubi tangit casus quosdam speciales in quibus titulus dicetur non coloratus, ut in eo, qui habet primum curatum, & inde recipit secundum, quia in primo dicitur habere titulum non coloratum, propter malignantem clausulam decreti in extravag. execrabilis, & in *cap. de multa de præbendis.* de quo per eundem Gomes. *in d. reg. q.* 10. Idem in episcopo non consecrato, intra tempora statuta in *c. cum in cunctis de elect.* Idem in collatione facta à vicario generali, cum non habeat potestatem, ut *in cap. fin. de offic. vic. lib.* 6. nisi juvetur aliquo adminiculo, ut juramento vicarii asserentis se habere mandatum secundum Ægid. *concl.* 10. Idem in ordinario cui fuerit inhibitum, propter decretum per *gl. in cap. non solum de præben. lib.* 9. Idem in ingrediente possessionē beneficii sine authoritate superioris competentis etiam quod habeat executoriales canonizatorias. Fel. *in c. ad probandū. col.* 4. *de re jud.* Rip. *in c. sæpe nu.* 69. *de rest. spol.* & ubi reliqua, per Gomes. ubi supra. A quibus non longe absunt, quę de intruso dicit idem Gomes. in eadem regula *de triennali. q.* 47. hoc est † quidem intrusus dicitur ille, qui sine licentia superioris, sed propria vel parentum authoritate, & absque ulla confirmatione occupat beneficium, ut sunt illi qui nullum habent titulum item intrusus est ille qui ante confirmationem suæ electionis, ut

13

14

lite pendente administrat, item qui habet titulum & possessionem, à non habente potestatem conferendi, ut quia collatio pertinet ad alium, vel publicè fuerat suspensus, item ille qui alterum spoliavit, ut per Gomes. ubi supra, & per Fel. *in c. veniens. 2. de accusationibus* & ad effectum regulæ de triennali, quomodo consideretur intrusus, declarat idem Gomes. *in dicta quæst.* 47.

Ex his apparet, quod quoniam defectus noto-
16 rius impedit revocationem attentatorum, † dantur objectus in materia, quia an contra testes & eorum dicta alias scripsi, unde si forsitan tales objectus probari possent incontinenti, id est antequam perficeretur processus, pro parte instantis ad revocandum attentata certe non essent rejiciendi, ut in simili de exceptione contra executionem, scribitur per *Doct. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re judicat.* objectus autem debent respicere jus dantis, ut scribit *Rot.* 1. *alias* 36. *fuit dubitatum. de accusatio.* Inn. *objectus quoque debent specificari. l. prator ait. §. j. ff. de injuriis*, & debent probari clare, ut per Gomes. *de annali. q.* 48. & articuli objectivi dati in termino quomodo recipiatur post terminum Ægid. *concl.* 439. & quibusdam specificatis quibusdam non quomodo procedatur Ægid. *conclus.* 501. & quod in hac materia objectiva ne detur declaratio *Rot.* 9. *de probat. antiq. & eodem titulo Rot.* 32. & quod objectus contra testes sint specificandi, de tempore loco & dic. Boer. *decis.* 321. & de articulis objectivis non datis in termino, & restitutione danda. *Rot.* 17. *de exceptio in antiq.* & an minor restituatur adversus omissos objectus Boer. *dec.* 245. & de admittendis objectibus non obstante lapsu termini Ægid. *decis.* 452. &

452 *&* *dec.* 270. & de materia objectus idem Ægid. *concl.* 146. *&* 120. *&* 80. *&* 83 & quando surrogatus sit admittendus ad objectus *Rot.* 5. *ut lit. penden.* & de materia ultra loca supra scripta scribitur in *Rot.* 2. *de exceptio.* per Bisig. *in Ro.* 1 *de except. antiq.* Thom. Fastol. *dub.* 24. Ægid. *conclus.* 445. *&* *conclus.* 504. & quod non possessor non audiatur ad objectus. Ægid. *decis.* 383. ad hæc idem Ægid. *conclus.* 407. *&* *conclus.* 399. & *conclus.* 416. *&* *Rot.* 7. *&* 8. *de exceptio. in antiq.* Ægid. *conclus.* 434. *&* *conclus.* 444. *&* *conclus.* 192. & *conclus.* 154. *&* *Rot.* 51. de *appellatio. in antiq.* *&* 13. *de testibus in antiq.* *&* 23. eodem titulo. & *dec.* 20. *de probatio. in antiq.* *&* 14. *&* 24. *de appellatio. in antiq.*

SVMMARIVM.

1 *Innovata, & attentata lite pendente, utrum sint nulla, ipso jure, an veniant revocanda ex officio, quasi facta injuste? vide ibi.*

2 *Si post inhibitionem, judex, à quo est appellatum, procedat, illius processus irritus est & nullus, etiam si pars appellans postea appellationi renunciet, tacite, vel expresse*

3 *Processus habitus post legitimam appellationem, per judicem à quo, ipso jure est nullus.*

4 *Circa nullitatem processus post appellationem vel inhibitionem, multa adducuntur & nota casum positum per Rot. ibi. 5.*

6 *Attentata, infra decennium ad appellandum, sunt nulla ipso jure, quando appellatio juste interponitur.*

7 *Attentata contra jus commune, sunt nulla, ipso jure.*

8 *Innovata post appellationem ab interlocutoria, non sunt nulla, sed veniunt revocanda, post inhibitionem autem, sunt nulla, ipso jure, in diffinitiva vero, sunt nulla ipso jure.*

9 *Quando sit facienda expressio causæ, in appellatione, & in qua appellatione.*

10 *Innovata lite pendente, valent, limita ut ibi.*

Attentata lite pendente an sint nulla ipso jure, an revocanda ut non nulla ipso jure.

Caput XXVII.

1 INnovata, † & attentata lite pendente utrum sint nulla ipso jure, an veniant revocanda ex officio quasi facta injuste. *Rot.* 20. si post inhibitionem de
2 appel. no. dicit † quod si post inhibitionem judex, à quo est appellatum, procedat, illius processus initus est, & nullus, etiam si pars appellans postea appellationi renuntiet tacite vel expressè. *arg. reg. quod ab initio de reg. jur. & cap. auditis, & cap. dudum, de elect. & per Doct. in c. non solum de appell. in 6.* & per Manfr. *concl.* 11.

3 ¶ Immo Rota ubi supra, dicit † quod processus habitus, post legitimam appellationem per judicem à quo ipso jure est nullus per *tex. in cap. Rodulphus in c significante, in c. significavit ex. de rescript. & per cap. exhibita ex. de judic. & cap. dilecti eod. tit.* in quibus juribus, ponderatur clausula imitans. Cui ponderationi forsitan responderi posset, quia si revocatur in irritum, ergo prius valebat. Ponderat quoque *Rot. tex. in cap. per tuas, & in c. solet. de sent. excomm. lib. 6.* Sed id forsitan est in odium excommunicationis.

De † nullitate autem processus post appellatio-
4 nem, & inhibitionem est *text. expressus in c. Romana in c. non solum. de appell. in 6.* & ad id multa jura, ad id facientia allegat *Rot. prædicta* 20. si post inhibitionem, & in eandem sententiam est *Rot.* 65. *si appelletur eod. tit.*

Idem quoque scribit *Rot.* 31, si ab excommunicatio-

catione de *appellat.* not. ubi Rota vult † quod si ab excommunicatione vel reintrusione excommunicationis latæ, aut factæ propter contumaciam, quia pars rea noluit respondere libello, appelletur & auditori primo per judicem appellationis inhibeatur, & post hujusmodi inhibitionem, primus judex procedat processus est nullus. Nec obstat quod dicta reintrusio videatur alius casus, à prima excommunicatione, quia ut Rot. ibi dicit, non est verum, quinimmo idem casus cum negotio principali, saltem accessorie, quia si causa esset diversa certe processus in una non prohibetur per inhibitionem in alia, ut per Rot. ubi supra. 5

Federic. de Senis *conf.* 119. dicit † quod attentata infra decennium ad appellandum, sunt nulla ipso jure quando appellatio juste interponeretur. Manf. *concl.* 83. *qui concl.* 249. dicit † quod attentata contra jus commune sunt nulla ipso jure. *alleg. Abb. c. consideremus col.* 1. *de election.* 6 7

Verum est quod † innovata post appellationem, ab interlocutoria non sunt nulla, sed veniunt revocanda, sed post inhibitionem sunt nulla ipso jure, ut per *Doct. in d. c. non solum.* Manfred. *concluf.* 11. in definitiva vero ipso jure sunt nulla, secundum prædicta, sed sive † in appellatione, sive inhibitione ad nullitatem ipso jure quidam requirunt in appellatione expressionē causæ ut per Franc. *in c. consuluit num.* 9. *de appell. ut si in appell.* extrajudiciali non justificetur, appellationis causa, idem sit Franc. *in c. dilecti. num.* 10. *eod. tit.* ut id intelligam, quod post appellationem extrajudicialem etiam, post inhibitionem sit probanda causa, sed & in judiciali, 8 9

post decem dies ad appellandum, & forsitan etiam ante.

10 Regula sit †quod innovata lite pendente valent, sive in judiciali sive in extrajudiciali appellatione, ut per Dec. *in c. consuluit de appell. in fi. & in c. dilecti de appel.* ubi limit. secunda inhibitione, & in excommunicatione & interdicto ad hæc Dec. *in c. dilecti num.* 21. & *c. ad hæc de appell.*

SVMMARIVM.

1 *Processus factus per judicem à quo, post inhibitionem, præsentatam, nullus est, & multa circa inhibitionem, ibi latè.*

2 *Adeo inspicitur inhibitio, quòd in iis casibus attentata ante omnia non sunt revocanda: tamen si post inhibitionem emanatam, illa evenerint, virtute inhibitionis, ante omnia, veniunt revocanda.*

3 *Inhibitio est timenda, sive justa, sive injusta.*

4 *Ante inhibitionem requiritur aliqua cognitio, præsertim stante appellatione, à gravamine diffinitivam.*

5 *Casus, in quo inhibitio, nõ est aliquo modo concedenda, vide ibi.*

6 *In appellationibus extrajudicialibus, ut obtineatur inhibitio, probari debet causa appellationis, quia canonica debet esse inhibitio.*

7 *Quæ requirantur, ut canonica sit inhibitio.*

8 *Etsi inhiberi non potest nisi lite contestata, vel assignato termino ad justificandum, & impugnandum, tamen ex quo judex recipit appellationem potest etiam inhibere.*

9 *Inhibitio si præcedat à Papa, vel ejus delegato, non requiritur causæ cognitio.*

10 *Iudex appellationis, triplicem causæ cognitionem præmittere debet, antequam principale negotium aggrediatur, vide ibi*

11 *Quomodo procedet judex circa cognitionem, causæ appellatæ.*

12 *Auditor datus in curia, in causa appellationis, statim inhibere potest judici, à quo, secundum casum ibi propositum, vide ibi, & multa circa commissionem, & devolutionem causæ.*

13 *In curia Romana, causa semel devoluta, ad partes amplius non revolvuntur.*

14 De-

14 *Devolutio per se habet citationem, & termini præfixionem.*

15 *Casus, in quo de æquitate, potest fieri inhibitio, nulla interposita appellatione, ibi.*

16 *Intimatio, nec vim citationis, nec vim inhibitionis habet.*

17 *Destructo principali, omnia destruuntur quæ sequuntur ex illo.*

18 *Auditor Cameræ, in quibus casibus, & quando statim inhibeat.*

19 *Iudex à quo, an possit procedere, non facta sibi verbali remissione, per judicem ad quem in casu, in quo remissio fieri debet? distingue ut ibi.*

20 *Inhibitio facta ad frivolam appellationem, non operatur annullationem processus, quia frivola facta non impediunt.*

21 *Non attenditur quod fit, sed quod fieri debuit.*

22 *Appellatio manifeste frivola, privat appellantem remedio appellationis.*

23 *Stant hæc simul, quod bene sit processum, & bene inhibitum, propter justificationem, & causæ cognitionem.*

24 *Quæ appellatio manifeste dicatur frivola, ibi remiss. Multa manifesta dicuntur, quæ non sunt.*

25 *In actu irrevocabili, ut in tortura, ex sola appellatione, sine inhibitione, ligantur manus judicis.*

26 *Auditor, quibus inhibere debeat.*

27 *Appellatione pendente, omnia debent esse in eodem statu, quantum ad litigantes, non quantum ad extraneos.*

28 *Non omnia, quæ fiunt lite pendente, etiam per ipsas partes, dicuntur attentari, nisi fiant in præjudicium dictæ litis.*

29 *Signatura placet, prout de jure semper concipitur, quando omnia petita non sunt concessibilia, vel quando aliquis articulus est dubius in jure.*

30 *Si committitur causa alicui cardinali, & postea per Papam, committitur alii cardinali, ultimus cardin. cui causa commissa est, non inhibet priori, sed eidem insinuat, seu denuntiat commissionem suam, quo facto, prior Card. non procedit, id enim habet vim inhibitionis reverentialiter, similiter in auditore, cui commissa causa post Card. & idem in Card. cui commissa causa quæ erat commissa auditori, vide ibi.*

31 *Auditor, auditori debet inhibere, quia inter eos non servatur respectus.*

32 *Causa semel commissa Cardinalibus, aliis Cardinalibus committitur, inferioribus raro aut nunquam.*

33 *Commissio causa non devoluta, debet fieri de speciali mandato, non per solam cancellariam alias auditor bene non procedit.*

34 *Ex sola intimatione non ligantur manus processantis.*

35 *Inhibitio licet possit fieri per iudicem ad quem, parte non vocata, tamen iudex id nunquam facit in curia, nisi parte citata, quòd declarat Rot. 24. nota licet inhibitio. de dol. & contum. in antiq. ut ibi, & num. 37.*

36 *In appellationibus extra iudicialibus, non est procedendum ad inhibitionem, ne quis privetur iure suo.*

38 *Iudex, iudici ex mero officio non inhibet, nisi instante parte, quoad vero inhibitionem partis. secus est, cum & citatio idem operari videatur.*

39 *Quia requiritur aliqualis cognitio, ad iustificandam inhibitionem, bene erit, si pars citetur ad videndum inhiberi.*

40 *De stylo sacri palatii, post conclusionem in causa, non fit inhibitio per aliquem auditorem alteri, verum si fuerit expresse inhibitum & auditor, cui fuit inhibitum ferat sententiam, tunc talis sententia est nulla.*

41 *Post sententiam, prout in notula datam, non habet locum inhibitio, qui mos plerisque in locis hodie servatur, secundum casum ibi diffuse propositum.*

42 *Iudex à quo, non tenetur expectare nisi intra. 10. dies, & postea potest procedere.*

43 *Inhibitio obtinet vim præcepti, ideo est timenda dic quod si habet clausulam iustificatoriam, resolutur in citationem, sin aliter potest peti re vocari, quia non est incipiendum à præceptis.*

44 *Per auditorem regulariter, non fit inhibitio in causa, nisi lite contestata, vel post datum terminum ad iustificandam & impugnandam appellationem, quia tunc dicitur lis pendere.*

45 *Si conclusum sit in causa, coram aliquo iudice extra sacrum palatium, & appelletur, potest fieri inhibitio dicto iudici ad instantiam appellantis. secus autem si coram aliquo auditore sacri palatii, quia post conclusionem, non potest fieri inhibitio.*

46 Quan-

46 *Quando in aliqua causa spirituali vel prophana, est conclusum non potest inhiberi, licet sit appellatum à conclusione, & dati sint Apostoli refutatorii, & terminus assignatus ad sententiam audiendam, & alia ut ibi quod servatur in sacro palatio. Vnde multominus procedet inhibitio quoad aperturam sententiæ datæ prout in notula & ut ibi.*

47 *Inhibitio licet fieri possit parte non vocata, intelligitur in appellatione judiciali, secus in extrajudiciali.*

48 *Cardinalibus ob reverentiam, non inhibetur, sed intimatur, quod habet vim inhibitionis.*

49 *Iudex ad quem, inhibere potest judici à quo, parte absente, & non vocata.*

50 *De stilo palatii, nunquam inhibetur partibus in curia præsentibus à judicibus nisi parte vocata, secus si sunt absentes, & alia infinita, vide ibi latissimè posita, secundùm opi. diversorum Doct. circa materiam inhibitionis, per totum capitulum usque ad num. 109.*

De inhibitione & ejus materia.

Caput XXVIII.

CIrca inhibitionem sciendum est † quod pro- 1
cessus factus per judicem, à quo post inhibitionem emanatam, & præsentatam, est nullus, ut *in c. non solum, & in cap. Romana de appell. lib. 6, & scribitur per Rot. 20. alias 130. si post inhibitionem de appel. no.* ubi dicit quod adeo hoc est verum, quod si pars appellans post tacitè, vel expresse renuntiet appellationi, nihilominus habet locum prædicta propositio, idem dicens post appellationem, quod intelligitur à definitiva, & ante decem dies, & idem *Rot. 31. alias 193.* si ab excommunicatione. *appell. no.* ubi reintrusio, & reaggravatio excommunicationis post inhibitionem nulla est, licet fieri videatur per modum continuationis.

¶ Item

2 ¶ Item † adeo inspicitur inhibitio quod in iis casibus in quibus attentata, ante omnia non sunt revocanda, tamen si post inhibitionem emanatam illa evenerint, virtute inhibitionis verius ante omnia revocanda, ut per Gemin. *in c. non solum* §. *illa vero nume. 6. & seq. de appell. 6.* & advertit Vestrius *lib. 8. in tit. de attentatis pag. mihi* 154. quia ut
3 ibi dicit † inhibitio est timenda, sive justa sive injusta. Unde ipse reprehendit judices, qui statim non cognita qualitate appellationis, inhibent etiam ubi ex inspectione appellationis, appareat illam fuisse interpositam in casu à jure prohibito, quod facere non debent, nisi præcedat summaria cognitio an appellatio veniret recipienda *d. cap. Romana.* §. sin autem post sententiam. Cassad. *de rescript. decis.* 10. *num.* 4. Gemin. *in d. c. non solum col. fin.* & propter vim inhibitionis dubitabilis erat ille casus in *Rot. 65. alias* 461. *si appelletur not.* hoc est si appelletur à gravamine ante definitivam, & non deferatur appellationi, & committatur causa appellationis alteri auditori, qui servatis servandis inhibet primo auditori, & inde pronuntiat male appellatum, & bene processum, & causam eidem remittit, à qua pronuntia appellatur, sed non defertur appellationi, inde causa commissa alii auditori ante inhibitionem, primus judex concludit & profert, definitivam, instatur super attentatis, & scribitur ut ibi.

Unde non sine causa † aliqua cognitio, ut præ-
4 dixi ante inhibitionem requiritur, & præsertim stante appellatione, à gravamine ante definitivam, ut scribit *text. in c. non solum supra allegato.*
5 & ideo † si appelletur in partibus ad Pontificem,

aba-

ab aliqua executione super tribus conformibus, vel aliter rejudicata, quia non constat de potestate dicti executoris, vel si constaret, quia per executorem excediturmodus suæ authoritatis, & quod hæ sententiæ latæ fuerunt per falsa instrumenta, si committatur causa talis appellationis alicui auditori sacri palatii, & petatur ante omnia inhiberi, prædicto executori ne ad ulteriorem executionem procedat, hæc inhibitio nisi de præmissis aliqualiter constiterit, non est aliquo modo concedenda, ut scribitur per *Ro. 45. si appelletur de appel. in no. alias 346.* Ex qua decis. quoque notandum est †quod in 6
appellationibus extrajudicialibus ut obtineatur inhibitio probari debet causa appellationis, canonica enim debet esse inhibitio ut textus dicit in *d. c.* non solum, quæ†ut sit canonica primo requiritur, 7
quod appellatio interposita sit ex probabili causa, & ea, quæ si probata foret deberet legitima reputari cap. ut debitus, & c. pastoralis de appel. secundo requiritur quod per appellationem negocium devolutum fuerit ad judicem, ad quem, & quod is recepta hujusmodi appellatione ex causa probabili incipiat cognoscere, an causa huiusmodi sit vera, ut his observatis judex inhibeat, & erit canonica inhibitio postquam nihil valet, ut in *d. c. Romana. c. quod si obiiciatur*, & c. *non solum. §. illa. ut p. Rot. 58. si appellatur. alias 412. de appel. no.* ad hæc videnda est. *Rot. 6.* nota quod per auditorem alias *44. appel.* aut ubi dicit †quod etsi non possit inhiberi, nisi lite 8
contestata, vel assignato termino ad justificandum, & impugnandum, tamen Io. Mon. dicebat quod ex quo recipiebat appellationem inhibere poterat, & ibi additio Rotas concordantes allegat. & vide

Rot.

9 *Rot.68.* sciendum, *alias 272. appell.ant.* Plane †si inhibitio à Papa procedat, vel ab ejus delegato non requiritur hæc causæ cognitio sec. Machel. patroc. 8. post Franc. quem allegat, sed forsitan id est verum, quando de speciali mandato Papæ causa committatur, non autem per vicecancellarium, quia is contra jus sine speciali mandato rescribere non consuevit *Rot.3. alias 11. fuit dubitatum. appel.not.* Et
10 dicit additio ad dictam Rot. †quod judex appellationis triplicem causæ cognitionem præmittere debet, antequam principale negotium aggrediatur: prima an sit appellatum, & an sit talis appellatio, quæ devolvat, puta quia sit interposita infra decem dies, & an in scriptis. Item an ex causa rationabili, & si in hoc judex malè fuerit arbitratus, puta quia frivola erat causa expressa in appellatione, vel contra potest ab eo appellari, unde consueverunt appellantes portare instrumentum sententiæ à qua extitit appellatum, ut ita appareat appellatum infra decem dies, & instrumentum appellationis, per quod judex cognitionem appellationis recipiat, quo facto judex inhibere poterit inferiori, non tamen poterit adhuc de principali causa cognoscere. Vnde secunda causæ cognitio secundum additionem prædictam est, †quia citabit appellatum, nisi
11 esset casus in quo esset citatus à jure, ut *in cap. sæpe. de appellat.* quæ citatio habet vim litis contestationis cap. Raynaldus vers. dilectus. de testam. qua contestatione facta recipiat probationes appellationis super veritate gravaminis, vel oblatione probationis, vel super delatione, & altero ipsorum probato pronunciabit se judicem appellationis, & removebit gravamen: & si aliquid est innovatum revo-

revocabit illum per modum nullitatis, & attentati: & dicet se debere in principali procedere. Tertia cognitio secundum Rotam prædictam est, quia post prædicta judex citabit partes ad principale negotium, & assumet causam in eo statu, in quo erat remoto gravamine, ut dicit notari *per gl. in d. cap. sæpe*. Si vero appellans non probaret alterum istorum, tunc judex ad quem remittit ad judicem, à quo, sed de stilo causa remanet in curia. Hodie plerumque proceditur per commissionem, & decernuntur citatoriæ, & inhibitoriæ, & post assignatur terminus ad justificandum, & impugnandum. Quidam quoque faciunt citari ad videndum inhiberi, quæ citatio habet vim inhibitionis si est justè inhibendum, etiam si post judex non pronuntiet inhibendum, vel aliter non inhibeat, cum sit citatio ad causam *clem. fin. ut lit. pend.*

¶ Et juxta prædicta dicit *Rot. præalle. 3.* quod fuit concluſum per omnes dominos, quod † auditor datus in curia in causa appellationis cum negotio principali, sive ante sententiam, sive post fuerit appellatum in partibus statim inhibere potest judici à quo, dummodo auditori constet appellatum, & per appellationem causam ad curiam devolutam, vel si appellationem recipiens tanquam devolventem incipiat de veritate cognoscere, alias non, quia antea super principali negotio, Iurisdictio non censetur fundata cum interim super exceptione, quæ habetur *in d. c. Romana. 8. si verò vocatis valeat disputari.* hoc est, utrum causa sit devoluta an non, & an inhibendum an non: quia causa debet remitti ad judicem à quo si non fuerit devoluta, nisi partes contentæ sint quod omisso appellationis articulo

12

culo cognoscatur de negotio principali, quod verum putat additio ad *d. Rot.* 3. in judice, qui per querelam adiri potest, non autem in aliis, ut in metropolitanis, quia coram eis non potest omisso tali articulo de causa tractari, sed videri debet bene an male fuerit appellatum, quia hac ratione confringerentur appellationes multæ ad eludendos ordi-
13 narios, ut quoque fallit † in curia Romana, in qua semel involutæ causæ ad partes non revolvuntur: & ideo dicit Rot. prædicta tertia, quod nisi præcedat talis causæ cognitio, vel reperiatur causa devoluta commissiones tales non bibunt jurisdictionem sine speciali mandato Papæ, quia vicecancellarius super talibus non habet authoritatem, quia contra jus esset. Sed & de rigore juris dicit Rot. prædicta, quod si de speciali mandato in Romana curia committatur causa appellationis cum potestate citandi ad partes non ante inhibendum esset judici à quo, quam decreta esset citatio ad dicendum contra commissionem, vel dicendum quare nō debeat inhiberi, licet de stilo curiæ dicat ibi servari contrarium præsertim si post definitivam sententiam dicatur appellatum, quia jus per se inhibet in tali casu, & fundatur talis stilus in ratione, quia Papa concedens citationem ad partes intellexit, quòd causa ut avocata maneret in curia, etiam si non esset de-
14 voluta: quia † devolutio per se habet citationem, & termini præfixionem, ut *in c. sæpe. & in cap. cordi de appellat. lib. 6.* & tamen scit appellatum, ut & quando causam avocat scit causam pendere coram judice à quo avocatur, quod si pronuncietur benè processum, causa remanet in curia, sed an penes eundem auditorem? videtur quod nō, quia in even-

tum

tum conditionis si malè fuerit processum apud se remanet nisi causa commissa sit appellationis & negotii principalis, non appellationis cum negotio principali. Sed ulterius scribit dicta *Rot.* 3, hoc est, quod etiam nulla stante, sive interposita appellatione, & commissa causa principali cum potestate citandi ad partes de speciali mandato, & decreta citatione licet non executa, † potest inhiberi de æqui- 15
tate, quia in casu precedenti idem recipiebatur non obstante quod de sumptione dici posset, & tamen propter appositionem manus Papæ & advocationem causæ à quocunque æquum est quod inferior de cætero in hujusmodi causa se non intromittat, præsertim cum totus tenor commissionis causæ de qua agendum est inhibitioni fiendæ inseritur, immo secundum aliquos, ut Rot. ibi dicit de quo ego alias, simplex intimatio; quæ induceret perfectam notitiam prædictorum ex viris dispositione inhibet, quamvis de hoc à quibusdam magnis viris dubitatum esse dicat, quia † intimatio nec vim cita- 16
tionis, nec vim inhibitionis habeat, sed etsi in eodem instanti inhibitio cum citatione emanaret non posset inde notari gravamen, nec tolleretur per hoc defensio partis, quia sumptio postea opposita in termino bene inficeret inhibitionem, & citationem sicut commissionem: quia † destructo principali o- 17
mnia destruuntur, quæ sequuntur ex illo. Hæc quo ad appellationes & judices de partibus, in causis verò appellationum interpositarum † ab auditore 18
cameræ vel aliis judicibus in curia existentibus etiam ante sententiam & commissionem in Palatio statim citata parte ad dicendum contra commissionem auditor inhibet, quia sacrum palatium nun-

quam causas hujusmodi ad eos remittit, etiam si pronunciatum fuerit benè processum,& malè appellatum exceptis dominis Cardinalibus, & coauditoribus sacri palatii,quibus si pronunciatum fuerit bene processum,servatis tamen tribus terminis antea consuetis, ante quorum terminorum obsecrationem nunquam inhiberetur per auditorem sacri palatii personis prædictis, & hoc si causa appellationis à Cardinale committatur auditori sacri palatii,cum id nunquam,aut raro contingat secundum *Rot.ibi in fine.*

¶ Priusquam à Rota prædicta recedam,non prętermitto q.quam tangit additio fin.ad dictam Rotam,hoc est,si in casu, in quo remissio fieri debet: puta,quia appellatio à gravamine non fuit justificata *sec.cap.ut debitus.de appellat.* † an judex à quo procedere possit non facta sibi verbali remissione per judicem ad quem,& distinguit ibi illa additio, quòd aut judex à quo non detulit apellationi, & tunc cum finita sit causa appellationis statim potest de principali cognoscere, quam non sit facta verbalis remissio,etiam si judex appellationis pendente ipsa appellatione inhibuerit ipsi judici,à quo ne in causa procedit,aut judex à quo detulit appellationi,tunc quia per hoc abdicavit à se jurisdictionem necessaria erat verbalis remissio *alleg. cap.cum appellationibus,de appellat.lib.6.*

¶ Quod si frivole appelletur,& ad frivolam appellationem inhibeatur judici à quo fuit appellatum, qui non obstante hujusmodi frivola appellatione dederat reputationes, & post inhibitionem procedebat, † inhibitio non operatur annullationem processus, quia talia frivolè facta non impediunt,

diunt, ut per *Rot. decis. 58. si appelletur de appella. not. aliás* 412. quia talis appellatio per judicem ad quem non erat recipienda, & recepta non attenditur, quia † non attenditur id quod fit, sed id quod fieri 21
debuit, quinimo † appellatio manifestè frivola pri- 22
vat appellantem remedio appellationis, clem. si ante de dol. & contumac. unde multò magis inficit prosecutionem illius, & facit quia, ut ibi Rota dicit ad revocationem attentatorum debet probari de veritate causæ appellationis, quæ hic probari non potest, cum sit frivola manifestè, ut nec ex causis supervenientibus talis appellatio justificari possit.

Unde fuit consultum, quod secundus auditor, aut non inhiberet examinato negotio, aut inhibitionem factam revocaret, vel processum benè, & malè appellatum pronuntiaret: per quam tamen pronuntiationem non validaretur processus post inhibitionem si fuisset canonicè facta, sed benè ante, quia † stant hæc simul quod benè sit processum, 23
& bene inhibitum propter justificationem, & causæ cognitionem.

¶ Non obstat, quod judex appellationis gravaminis cum primum incepit cognoscere de causa appellationis gravaminis ibi potest inhibere, quia id procedit quo ad inhibendum, sed si inhibitio non sit canonica, nihil agitur, ut per *Rot. præalleg.* 58. & probat. *tex. in d. c. non solum.*

Quæ autem † manifestè frivola appellatio dica- 24
tur, scribitur per Jo. And. *in d. clem. si ante. de dol. & contum.* Multa enim manifesta dicuntur, quæ non sunt, ut scribitur *in cap. consuluit. extra de appellat.*

¶Licet autem, ut supra diximus, quod ad hoc, ut per appellationem ante definitivam requiratur
25 inhibitio judicis, ad quem † tamen in actu irrevocabili, ut in tortura ex sola appellatione sine inhibitione ligantur manus *judicis*, *l. si quis provocatione. C. de appellat.* Bald. *in l. generaliter. §. licet juramento. C. de reb. credit.* & tangit additio ad *Rot.* 58. supra alleg. Sed quoniam in practica multa circa hoc dici possunt; ideo pro nunc prætermitto.

26 † Inhibere autem debet Auditor *illis*, qui veniunt ad causam, *sive illis, qui habent interesse*, sive possunt præjudicare liti: ut in simili dicimus, quòd
27 † appellatione pendente omnia debent esse in eodem statu, quantum ad litigantes, non quantum ad extraneos, ut not. *in l. creditor. §. mandatorem in prin ff. mand. cap. Romana. §. in aliam appellat. lib. 6. & per Rot. 2. nota. quod ubi auditor ut lit. penden.* aliàs 58. Juxta hæc dicit Staphil. se practicasse unam comissionem, quæ talis petebatur, ut constito de re judicata mandaretur eidem auditori taxari fructus, & expensas. Item quod procederet super attentatis. Et quod inhiberet tam parti contrariæ, quam etiam judicibus & colonis, ne aliquid innovarent lite pendente: & in pede commissionis erat additum de non innovando, videlicet in præjudicium litis di-
28 ctæ, quæ clausula ideo apponitur, † quia non omnia, quæ fiunt lite pendente, etiam per ipsas partes dicuntur attentari, nisi fiant in præjudicium dictæ litis. Et si continuaretur possessio, vel reformaretur stante turbatione, & quod signatura dixit placet prout de jure, de qua signatura dicit se miratum Staphil. quia omnia prædicta erant de jure: sed dicit Staphileus, quod talis signatura habuit respectum

ctum ad inhibitionem petitam fieri colonis, quibus non videbatur inhibendum, quia non litigabant. Item contra, quia omnibus debet inhiberi per quos liti præjudicium afferri potest, ut dicit sentire *Rotam* 58. *nota, quòd ubi auditor in antiq.* † signatu- 29
ram placet prout de jure semper concipitur, quando omnia petita non sunt concessibilia, vel quando aliquis artificibus est dubius in jure, ut per Staph. *in tit. de commiss. lit. iustit. §. citatio personalis num.* 14. *pag.* 133.

¶ *Si* quando † committitur aliqua causa alicui 30
Cardinali, & postea per Papam committitur alii Cardinali, certè ultimus Cardinalis, cui causa talis commissa est non inhibet priori Cardinali, sed eidem insinuat, seu denunciat commissionem suam, quo facto prior ille Cardinalis non procedit, idenim habet vim inhibitionis reverentialiter ut per *Rot. fin. nota. quòd quando de dol. & contum. in aut. aliàs* 712. Ut si auditori posteriori loco committatur causa, quæ Cardinali prius commissa fuerat: tunc enim auditor denuntiat, sive insinuat sine inhibitione tali Cardinali, quæ denuntiatio vim habet inhibitionis, ut contra si Cardinali causa committatur, quæ prius commissa erat auditori, certè ex sola denuntiatione sine inhibitione propter reverentiam defertur, ut per *Rot.* 25. *& est sciendum. de dol. & contu. in antiq. aliàs* 619. Sed † auditor auditori debet
inhibere, quia inter eos non servatur talis respe- 31
ctus, ut per *d. Rot fin. nota, quòd quando de dol. & contuma. in not.* Sunt tamen qui dicunt, quòd causa semel commissa Cardinali nunquam revolvitur ad inferiorem, ut causa semel in curia commissa, vel in sacro palatio inde non recedit, ut per *Rot.* 23. *in fin.*

aliàs 237. voluerant in no. Et *Rot. 3. fuit dubitatum a-*
32 *liàs 11. in fine de appellat. not.* dicit, † quòd causa semel
commissa Cardinalibus, aliis Cardinalibus com-
mittitur, inferioribus verò raro, aut nunquam. Et
33 not. quòd Ægid. *dec. 747.* dicit, quòd † commissio
causæ non devolutæ debet fieri de speciali manda-
to, non per solam cancellariam, aliàs auditor bene
non procedit. Aliàs autem non sufficit solum in ti-
34 more, sive denuntiare sine inhibitione, † quia ex
sola intimatione nõ ligantur man⁹ alias processuris,
ut scribit *dec. Rot. 25. & est sciendum de dol. & contum.*
in no. Ægid. *dec. 322.* Item quod intimatio: & pro-
pterea dubitatum fuisse à magnis viris contra illos,
qui contra asserebant scribit *Rot. præalleg. 3. fuit du-*
bitatum. Intimatio autem quid operetur in ap-
pellationibus extrajudicialibus aliàs me dixisse
puto.

Inhibitio licet fieri possit per judicem ad quem
parte non vocata, ut per Joan. And. & Archid. *in c.*
35 *Romana, de appellat. lib. 6.* † tamen judex id nun-
quam facit in curia, nisi parte citata, *ut per Rot. 24.*
nota. licet inhibitio de dol. & contu. in aut. ubi id
declarat verum esse in appellationibus judiciali-
36 bus. Subdens, † quod in extrajudicialibus non est
procedendum ad inhibitionem, ne quis privetur
jure suo, de quo puto me aliàs scripsisse. Id vero ꝙ
37 de observantia curiæ Romanæ diximus, † proce-
dit quotiescunque partes in curia sunt præsentes,
namque si sint absentes jus attenditur non consue-
tudo, ut procedi possit, ut per *Rot. 26. not. dic, ut lit.*
pend. in aut. alias 835.

38 ¶ Judex † verò judici non inhibebit ex mero of-
ficio parte non instante, quo ad inhibitionem verò
par-

partis, secus est: quippe cum & citatio idem operari videatur, ut per Ægid. *dec.* 157. *auditor.* Et quia † 39
requiritur aliqualis cognitio ad justificandam inhibitionem certè bene fiet si pars citetur ad videndum inhiberi, de quo latiſ. per alleg. Marſ. *ſing.* 490.

¶ Notandum præterea est † quòd de ſtilo ſacri 40
palatii est, quod post conclusionem in causa non fit inhibitio per aliquem auditorem alteri, verum si fuerit expressè inhibitum, & auditor cui facta est inhibitio ferat sententiam, tunc talis sententia est nulla, idque teneri à majori parte auditorum scribit *Rot. 29. de ſtilo. de dol. & contum. in antiq.*

Sentit ergo, † quòd post sententiam, prout in no- 41
tula datam, qui mos plerisque in locis hodie servatur non habet locum inhibitio. Ecce enim quidam appellavit talem esse hæredem & immittendum in possessionem, appellatur coram honestis personis ad Pontificem. Interim in partibus is, qui reportavit sententiam pro se obtinuit supplicationem quod constito de re judicata ex Ægidiana exequeretur: appellans super hoc executivo comparuit coram judice dato super talis sententiæ executione quousque profertur sententia, prout in notula. Iis qui appellavit ad Pontificem timet de sententia contra se vellet imputare inhibitionem ante aperturam sententiæ, vel saltem eandem præsentare ad impediendam executionem. Cum hæc omnia facta sint pendente causa appellationis ad Pontificem, licet ea adhuc non commissa, aut aliter introducta, & tamen non præventa per petentem executionem: & videtur, quòd talis inhibitio non debeat committi, & commissa non afficiat, quia aut talis erat concessa ad plenam & manantem omnia, &

non debuit concedi, quia erat jam concluſum in cauſa & proceſſum ad ſententiam, aut omnia non
42 narravit, & eſt ſurreptitia: & † judex à quo non teneant expectare niſi infra decem dies, & poſt pote-
43 rat procedere. Etſi dicatur † inhibitio obtinet vim præcepti & ideo eſt timendum reſpondetur, quòd ſi habet clauſulam juſtificatoriam reſolvitur in citationem, ſin alitèr poteſt peti revocari, quia non eſt incipiendum à præceptis, ut ſcribitur *in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de ope. no. nunc. & per Lancellot. in practi ſua in tit. de citat.*

Rot. 6. nota quod per auditorem de appellat. in antiq.
44 dicit præterea, † quod per auditorem non fit inhibitio regulariter in cauſa, niſi lite conteſtata, vel poſt datum terminũ ad juſtificandũ, & impugnandum appellationem, quia tunc dicitur lis pendere *alleg. cap. ex parte, de verb. ſig. jun. cap. ſi. ut lit. pend. in clem.* licet Jo. Monach. dicat quod judex, qui appellationem recepit poteſt inhibere, licet lis conteſtata non fuerit *in cap. romana ſuper verb. inhibere, de appel. lib. 6.*

Sed *Rot. 30. nota quod ſi aliqua cauſa alias 747. de*
45 *dol. & contum. in antiq.* dicit quod † ſi aliqua cauſa eſt coram aliquo judice extra ſacrum palatium, & ſit concluſum corã eo, & appelletur ab eo, quod nihilominus poteſt fieri inhibitio dicto judici ad inſtantiam appellantis: ſecus autem ſi coram aliquo auditore ſacri palatii, quia poſt concluſionem inhibitio fieri non poteſt. *Rot. 66. nota quando alias 674.*
46 *appellat. in antiq.* dicit, † quod quando in aliqua cauſa ſpirituali, vel prophana eſt concluſum non poteſt inhiberi, licet ſit appellatum à concluſione, & dati ſint apoſtoli refutatorii, & terminus aſſigna-

assignatus ad sententiam audiendam, & appellans impetraverit auditorem, qui impetrat suam commissionem, auditor à quo appellatum est potest proferre suam sententiam, & ita dicit servari in sacro Palatio, unde multo minus procedet inhibitio quoad aperturam sententiæ datæ, prout in notula, vel si pars prætendat se gravari ex eo, quod ita data fuerit & non apta, cum alias de jure modus iste sustineri possit, ut per Bal. *in l. 1. in fin. C. de sent. ex brevic. recit. & aliàs scripsi.* Nota præterea circa prædicta † quod licet inhibitio fieri possit parte non vocata in appellatione judiciali: secus si extrajudicialiter, ut per *Rot. 24. licet inhibitio alias 615. de dol. & contu. in aut.* 47

Item Cardinalibus ob reverentiam non inhibetur, sed intimatur, quod habet vim inhibitionis. 48

Item judex ad quem inhibere poterit judici à quo parte absente non vocata. 49

Item † de stilo palatii nunquam inhibetur partibus in curia præsentibus à judicibus, nisi parte vocata, secus si sunt absentes. 50

Item † inhibitio post conclusionem in causa fieri non debet, attamen si facta est sententia per auditorem post ipsum lata erit nulla. 51

Inhibitio † post conclusionem in causa fieri potest judici in partibus ad instantiam appellantis: secus si causa sit coram aliquo auditore sacri palatii. 52

Item servatur de stilo palatii, quòd Cardinalis non inhibet alii Cardinali, sed intimat, ut de his late *à Rot. 24. usque ad fin. de dol. & contum. aut per illum titulum.* 53

Item † nota, quòd inhibitio solum facienda est venientibus ad causam, vel iis, qui possunt præjudicare causæ, ut per *Rot. 2. nota. quod ubi auditor aliàs 58. ut lit. pend. antiq.* 54

Advertendum † ergo est circa inhibitionem 55

quia ubi non est canonica effectum suum non operatur, ut ultra prædicta scribit Felyn. *in cap. dilectus filius 2. col. fi. de rescript. Doct. in cap. roman.* 8. quod si objiciatur de appell. *in 6.* Alex. *cons. 9. li. 4.* Ægid. *dec. 239.* in causa domini Guilielmi cum aliis alleg. per
56 Paris. *cons. 108. de bono. col. 2. lib. 1.* Et dicit ibidem † Parisius, quod ubi inhibitio apparet frivola, & emanasset ratione frivolæ expressionis, & non veræ, quo casu non reddit processum judicis à quo nul-
57 lum, ut *dec. 58. de appellat. in no. Rot.* est † cum sit nulla non ligat manus judicis à quo ut per Franc. *in cap. ne captandæ in gloss. fi. de conces. præb. lib. 6.* & per Bellem. dicit. *dec. 239.* Abbat. *in cap. 2. in 4. not. de restit.*
58 *in integ.* Et † ubi inhibitio sit surreptitia omnia, quæ illius causa facta fuerint veniunt revocanda *cap. cæterum c.* super literis *de rescript. junctis not. in cap. 1. & 2. ut lit. pend.* ut à fortiori inhibitio ad rescriptum surreptitium non debeat impedire processum ad
59 ulteriora, ut per Paris. uti supra. Unde † ibidem infert Parisius, quod si sententia lata fuerit super possessorio quæ ex constitutione, quod sententia lata super possessorio mandatur executioni, & ita fuerit executa post inhibitionem emanatam non debet talis executio revocari per modum attentati, quia licet simus in casu in quo in possessorio datur appellatio, non datur ad effectum retardandæ executio-
60 nis, ut per jura, de quibus ibi, & per Capell. *Tolos. decis. 500.* Item † fuit quæsitum ubi quod in casibus in quibus permittitur appellatio, retardatur executio, & ideo inhibitio procedet. Ulterius dixit Pa-
61 ris. ibidem, quòd † in istis sententiis possessoriis in quibus non datur appellatio executio fieri potest etiam intra decem dies, & non dicitur attentatum.

¶ † Item

¶ † Item inhibitio circa unam causam non impe- 62
dit, nec operatur quoad aliam, ut per *Rot. 31. appellat. not.* Paris. *cons.* 108. *col.* 2. *suprad.* ubi allegat, *not. in ca. super eo, & in cap. ad hæc. de appellat.*

¶ † Ægid. *decis.* 157. auditor dicit in hæc verba, 63
auditor potest inhibitionem quam coauditor à quo ad eum fuit appellatum, fecit intimare ad partes non tamen inhibere, ut tamen id, quod de intimatione diximus non habeat dubium, quoad inhibitionem vero sit distinguendum, quia aut vult inhibere in tota causa, & tunc non potest nisi periculum immineret, quia non habet jurisdictionem in principali nisi in eventum, aut vult simpliciter inhibere ne aliquid in præjudicium jurisdictionis talis, quam habet in lite, quæ coram eo pendet attentetur, & tunc potest, quia lis censetur licet talis, qualis coram eo pendere citatione ab eo decreta & executa: & ita justum est tunc nihil attentari ut prius.

¶ † Appellatum fuerat ad Pontificem, & Ponti- 64
fex delegaverat causam gubernatori Perusino, vel forsitan is processit ut ordinarius, vel forsitan, quia avocavit causam ad se, quod videtur eidem licere ex consuetudine, & dum fit processus auditor Cameræ inhibet gubernatori, quo nõ obstante gubernator procedit ad sententiam non potest instari pro revocatione attentatorum ratione inhibitionis auditoris cameræ. † Quia auditor cameræ non 65
potest inhibere delegato Pontificis. † Quia auditor 66
cameræ non debet se intromittere de causis extra Romanam curiam ad Papam devolutis, ut per *Rot.* 336. *in no.* quia sive teneamus quod auditor cameræ habeat jurisdictionem ordinariam, ut per *Cardin. in clem.*

*clem.*1.*q.*11.*de re judicat.*sive teneamus, quod sit simplex delegatus,ut per *Rot.*ubi supra non potest inhibere delegato à Pontifice, quia is respectu causæ sibi commissæ est major quocunque ordinario *cap.studuisti.de offic.delegat.*

67 ¶ † Item quia quando Papa advocavit ad se aliquam causam,& alii eam commisit ad Papam semper revertitur,& alius de ea se non potest intricare, ut per Dec.*cons.*137.&latissime hæc deducuntur per Alciat.*cons.*406.*hac in causa.*

68 ¶ † Delegatus si inhibeat delegato revocatio fit per modum attentati,ut per Manfred.*concl.*28.ubi alleg.*Rot.dec.*569.*in antiq.*in quo attendetur potentior jurisdictio,revocatio,& surreptio.

69 ¶ † Nota quoque decis.Ægid.157.auditor, ubi vult, quod inhiberi possit ad partes ne lædatur sua jurisdictio non ut si non in eventum.

70 ¶ † Nota circa materiam attestationum, quod in literis gratiæ,quia evenire potest,quòd timeatur, quod literis expeditis adversarius se intrudat in possessionem fit attestatio literarum per auditorem cui causa sit commissa, quod si expediantur potest inhiberi sub pœna attentatorum, vide *Rot.*16.*aliat* 75.*de testati.ant.*

71 ¶ † Aliquando evenit quod citatione emissa contra aliquem ad dicendum contra commissionem,& ad videndum inhiberi, vel aliud fieri juxta commissionem intra aliquem terminum citatus protestatur nihil fieri debere pendente termino, certe de jure talis protestatio videtur recipienda, quia pendente termino officium judicis conquie-
72 scit.*l.sive pars.C.de dila.* † Tamē quia si judici videatur ex causa terminus potest revocari,vel abbrevia-

ri.

Rota parvi pendit talem protestationem nisi allegetur aliquid multum relevans, tunc enim solent remittere terminum ad domum, & ibi audire partes alias passim inhibent, & procedunt tali protestatione non obstante. † Licet extra Rotam, & coram inferioribus judicibus talis protestatio attendatur, ut hæc refet additio ad *Rot. 2. alias 33. quando committitur num. 29. de rescript. in no.* & subdit ibi illa additio, quod fuit decisum in una Tolletana matrimonii, ubi auditor cameræ virtute commissionis mandantis principaliter inhiberi Rotæ constito, quod causa criminalis præjudicaret civili inhibuerat Rotæ. † Quod licet auditor cameræ non potuisset isto casu inhibere sine causæ cognitione, quia commissio principaliter emanata erat ad inhibendum cum clausula constito, tamen parendum erat inhibitori propter facilitatem reformandi commissionem. 74

† Item quod resolutum fuit in eadem causa, quod licet causa criminalis penderet ad instantiam fisci non impediebatur processus in causa civili, nisi adversarius adhæreret fisco, & alleg. *not. in l. rerum amotarum. ff. rer. amot.* 75

¶ † Nota quod si committatur articulus gravaminis, & deinde fiant mille commissiones, quod subintelligitur in eventum, quod primus judex gravaverit: & ita intelligitur inhibitio, quod & verum est si committatur causa gravaminis una cum toto negotio principali, ut per *Rot. 23. voluerunt alias 237. rescript. novis*, & per Fel. *in c. causam quæ num. 36. de rescr.* † Tamen si committatur causa gravaminis, nec non causam, & causas, quam, & quas habent, & movent, habere, movereque intendunt super tali re 76 77

per

per indirectum,& sub involucro verborum committitur æque principaliter,& sic per modum etiam avocationis negotium principale,etiam quando causa esset penè instructa,ut per *addit.ad d.Rot. 23.num.3.*& per Gomes.*de infirm.resid.q.34.num.4*

78 † Et ideo si inhibeatur etiam post conclusionem in causa afficit , ut per additionem prædictam quod non putarem procedere ante aperturam notulæ jam latæ,ut moris est:& talis modus in curia habet illum effectum quod absque eo,quod cognoscatur ante omnia de gravamine cognoscitur de negotio principali, quod forsitan affert præjudicium parti cujus interest gravaminis causam cognosci ratione expensarum passarum , & ibi vide de materia late per illam additionem.

79 ¶ † Item nota,quod judex ecclesiasticus inhibere potuit judici seculari ne procederet super causa dependente à causa coram se vertente , ne processus intricetur sine citatione , & causæ cognitione, quia est quædam declaratio potius quam dispositio.Lapus *alleg.63. late Rui.cons.61.lib.5.vers.nono*

80 *videtur*,ubi dicit,† quod judex laicus eo ipso quod scit causam pendere coram ecclesiastico debet absque inhibitione supersedere, & quod sufficit intimatio ad inferiorem,quia solet vim inhibitionis,&

81 in responsione ad hoc argumentũ dicit † quod quæ dixit de inhibitione parte nõ citata procedit quando judex,id faciet ex officio non parte instante. Item quod non procedit ubi tertius movet litem præjudicialem.

82 ¶ † Item nota, quòd petenti committi inhibitionem sub censuris,& pœnis datur solùm signatura de inhibitione sub censuris,quia non debet quis dupli-

duplici contritione conteri *cap.at si clerici, in fin. de judic.* nisi sit maxima contumacia, vel materia gravissima, tunc enim datur etiam sub pœnis, ad quod bene facit *tex.in cap.quoniam frequenter. in fin.ut lit. non conteſtat.* ita videlicet ut alterutra pœna, quæ magis timeri debeat judex à principio sit contentus ad alteram nihilominus processurus si hoc meruerit protervitas contumacis: additur etiam, & de brachio seculari, prout de jure. † Nam quando judex 83
eccleſiasticus fecit quod potuit, nec habet ultra quod faciat invocabit brachium seculare, ut per Oldra. *consil.* 89. episcopus, quia nisi diceretur de invocatione brachii secularis judex in tali causa commissarius id facere non posset, ut hæc scribit Jo. Staphi. *in tit. de commiſ. lit. ju.* §. *quando quis pag. mihi* 84
115. † Et ibi subdit, quod quando petitur inhiberi sub pœna excommunicationis, si inter eos quibus est inhibendum adsint episcopi, vel superiores prælati, tunc ponitur quoad eos sub pœna suspensionis non excommunicationis, defertur enim illis in pœnis imponendi ex quibus, ut ibi ille subdit istæ censuræ ab initio moderatè sunt concedendæ. † Et 85
ex dictis in fine ibidem per Staphil. notari potest, quòd quando literæ inhibitoriæ diriguntur Regi verbis inhibitio est modificanda, hoc est exhortantur, ut in *clem.* 1. *de teſti. ibi reges eoſdem, & principes in domino exhortamur.*

¶ † Nota quòd si judex ad quem inhibuit judici 86
à quo, & post causa est deserta judex à quo potest exequi, non obstante illa inhibitione, quæ etiam *argum.not.* per Bartol. *in l. ſi contra. C. de appell. & contu.* † Inhiberi quoque solet Bullatoribus, & aliis of- 87
ficialibus ne literas super gratiis expectativis antequam

quam processus desuper decreti aut fulminati fue-
88 rint tradere præsumant. † Quia in beneficialibus literæ expeditæ habentur loco tituli, ut per Compostel. *in cap. constitutus ad fin. de rescript.* Felyn. *in cap. in nostra, in verbo titu. de rescrip.* & per Staphil. *in*
89 *titul. de grat. expectat. in princ. num.* 17. † Judex non recognoscens jurisdictionem ab alio non potest inhiberi ab alio, etiam stante causa præjudiciali, ut per Bal. *in l. 1. fi.* C. quo, & quando jud. fallit ubi intervenerit retentio, ut per Soci. *cons.* 238.

90 ¶ † Inhibitio quoque afficit ubi alias præsentatio literarum tantum non afficeret, ut diximus de intimatione, & ecce in gratiis, quandoque mandatur executoribus, quod illum pro quo scribitur recipi faciant in canonicum illius ecclesiæ, quæ verba, quantum ad canonicos per Papam creatos important receptionem facti, quandoque mandatur capitulo alicujus, ut illum pro quo scribitur recipiat in canonicum, & in fratrem, & in hoc secundo casu per præsentationem literarum non afficitur præbenda, immo canonici quibus sic scribitur possunt aliis conferre, nisi adesset decretum irritans, vel nisi executor ad compellendum inhibuisset, tunc enim præbenda censetur affecta, alterique conferri non potest, ut hæc late scribuntur per Staphil. *in tit. de grat. expectat. form. 5. col. fin. & idem dicit in 9. forma ad fi.*

91 ¶ † Plerunque evenit, quod petatur dari adjunctus judici, qui de causa cognoscit, tunc non solet addi clausula irritans, & annullans, sed per signantem adduntur talia verba, quod si post commissionem, præsentatam: secus actum fuerit, tunc sit irritum, & inane: & sunt qui dicant, quod talis additio quo-

quoque non est nessaria, cum statim valeat inhiberi aliis conjudicibus per ipsum adjunctum, qui statim præsentata commissione recipit jurisdictionem actu *cap. super eo 2. de appellat. Rom. consi.* 353. quo ad primum, non obstante quod aliter non sit inducta litis pendentia saltem per citationem, & quod judex non deberet inhibere nisi stante litis pendentia. † Namque hodie observatur indistinctè, 92
quod præsentata commissione judex decernit citationem, & inhibitionem simul, & semel. † Quia 93
citatio operatur litis pendentiam sufficientem ad revocationem attentatorum. † Et quia inhibitio 94
fieri potest præsente, & invita altera parte, & suis judicibus absentibus, & minime citatis, ut de his latè per Staphil. *in tit. de commiss. lit. iu.* §. *spoliatus beneficio agit spolio.*

¶ † Et ibi subdit, quod quia talis inhibitio non 95
impedit processum illorum conjudicum, nisi postquam eisdem intimatur, ideo bonum est, quod addantur in commissione illa verba, quod post commissionem præsentatam si secus &c. quod facit, ut in citatoria, & inhibitoria inseratur commissio, †quia ut non tenetur quis comparere coram dele- 96
gato, qui non inseruit rescriptum; ita illius inhibitio non afficiet, quod in practica bonum & faciendum esse observavi, † nec non observavi, quod 97
inhibitio est timenda, sive bona, sive mala sit, sive etiam evidenter nulla præsertim, cum à potentioribus procedat, & cum nulliter, vel subreptitie emanaverit debet revocari, & instari pro revocatione, ut de præceptis causa non cognita factis, quia quibusdam aliter facientibus audivi malè evenisse. † & ad cautelam vidi afferre fidem revocationis 98

inhibitionis, & vidi timeri inhibitionem ab eo emanatum cui adhuc causa commissa non erat, & cui non erant literæ præsentatæ, ut eandem vidi de jure annullari, & circa dandos adjunctos, in aperienda notula sive sententia, prout in notula vidi id practicari, sed non talem inhibitionem, quæ si datur adjunctus quoque dari potest, & præterea vidi observari quod licet inhibitio concessa fuerit, aliter causa non cognita tamen attentata postea, vel ad pœnam non procedi observavi nisi adhibita aliquali cognitione de causæ devolutione, & vidi observari quod *fuit contempta inhibitio, quæ* emanaverat ad rescriptum, dum modo causa non sit instructa cum tempore præsentationis concluſum fuit, & in causa, & emanasset citatio ad audiendum sententiam, vel si tempore signaturæ non erat instructa, quod forsitan non bene fuit si in precibus
100 erat decretum, irritans, & annullans,† quia dicitur quod ligat etiam ignorantes quoad nullitatem, licet non quoad pœnam, ut per *gloss. in cap. 1. in verbo referri, de conces. præb. lib. 6.* Franc. *in decre. 6. &* per Staph. *in tit. de man. de provid. §. octava forma, num.*
101 8. *pag.* 37.† Commissionesque causarum ad judices in provinciis cum inhibitione sub censuris, ut citandi per edictum gravandi, & reaggravandi, & brachium seculare invocandi, &c. concedi solet per audientiam contradictarũ, non ut per Vestrium *in*
102 *pract. lib. 1. in tit. de offic. contradict.*† inhibitio quoque etiam si canonicè, & legitimè facta fuerit, tamen non ligat judicem à quo in iis casibus in quibus illius judicis jurisdictio non remansit suspensa, ut in iis, quæ tendunt ad faciliorem exitum appellationis, ut in cap. cum teneamur, ubi Abb. Franc. &

Dec.

Dec, *de appellat.* ubi de aliis causis hujusmodi, † ut si judex à quo revocasset gravamen cujus causa fuerat appellatum, quod per repositiones in Romana curia contingit, potest judex revocato gravamine ad ulteriora procedere, sive coram ordinario sive coram delegato id contingat, ut per Franc. & Dec. *in c. cum teneamur.* † Ut tamen in delegato, si is appellationi detulerit id non procedat, quoniam per delationem omnimodam à se jurisdictionem abdicavit, in ordinario vero; secus sit ex generali jurisdictione, quæ penes se remansit, unde in habentibus ortum de novo potest se intromittere, ut per Franc. *in d. cap. cum teneamur in fi.* & per Vestrium *in pract. lib. 8. pag. mibi* 153. † Et juxta prædicta dixi, quod cum quidam haberet instrumentum obligationis in forma cameræ, & inde per judicem civilem auditorem ordinarium esset relaxata licentia, & reus subterfugiens iviſſet ad locum tenentem, qui inhibuisset, & cum instatum esset pro revocatione itum esset ad gubernatorem, coram quo esset allegata usuraria pravitas, & simulatio contractus, is remisit causam ad vicarium episcopi, is facit citari creditorem ad dicendum quare absolvi non debeat à juramento Potest exequi licentia auditoris; quia inhibitio locum tenentis non fuit facta causa cognita licet interim sit timenda. † Citatio autem ad signandum non inducit litis pendentiam præsertim in casu nostro, in quo juratum erat omnia in instrumento esse vera, & in forma cameræ, & propter perjurium ille, nisi ante omnia satisfeciſſet non erat absolvendus, ut per Felyn *cap. 1. col. pen. de jurejur.* & per *Doct. in c. debitores. extra eo. tit.*

103 104 105 106

¶ † Ex concilio Tridentino 24. *Sess. cap.* 20 inhibi- 107

tio concedi non potest in causis ecclesiasticis, nisi appellatum fuerit à definitiva, vel à definitivæ vim habente, cujus gravamen reparari nequeat per definitivam, exceptis quibusdam causis, de quibus ibi

108 † Item nota, quòd si judex laicus procedit virtute obligationis in forma cameræ, ut mihi contigit sic contractu census, qui hodie Perusiæ multum frequententur, vel obligationis factæ in actis *mag. cur. vic.* Neapolis si opponatur de litis pendentia super absolutione à juramento interposito super dicta obligatione coram episcopo facta, licet sit fides coram judice laico de tali litis pendentia nihilominus judex laicus procedere potest, vide latiss. *Afflict. dec. 30. fuit dubitatum*, ubi quid stante inhibitione, & de materia apostillæ latè.

109 ¶ † Nota, quòd judici non recognoscendi in superiorem judicem inhibentem benè non inhibetur nisi unus præoccupet jurisdictionem alterius, ut per Marsc. *cons.* 490. mos judicum, ubi quoq; de judice ecclesiastico.

SVMMARIVM.

1 *Innovata post appellationem, à diffinitiva sententia, vel interlocutoria, debent revocari, hæque regula est certa, canonica; & approbata, & multifarie ampliatur.*

3 *Amplia, ut hujusmodi innovata semper sint revocanda, ob dictionem semper in tex. positam, quæ videtur adeo plena, ut exceptionem non patiatur.*

8 *Ampl. ut procedat in causis prophanis, & ecclesiasticis, civilibus, & criminalibus.*

9 *Ampl. ut ante omnia revocentur attentata, unde procedi non poterit super processu principali, & hoc quando agitur summariè, & extrajudicialiter.*

12 *Ampl. ut penitus talia innovata debeant revocari, ut nihil inde remaneat impurgatum.*

15. *Ampl.*

15 *Ampl. ut innovata medio tempore, inter sententiam, & appellationem, tempore decennii sint revocanda.*

16 *Ampl. ut si post spolium factum post appellationem, spolians appellationem interponat, ne innovetur, inde deferatur hæc appellatio, judex poterit revocare attentata, sive sit delatum appellationi, sive non, sive in eadem causa, sive in diversa.*

17 *Ampl. ut attentata debeant revocari, unde imponitur necessitas judici.*

18 *Ampl. ut licet episcopus dispensare possit cum privando beneficio, tamen non potest, si quis impetravit in eventum privationis domini.*

19 *Ampl. ut prædicta revocatio attentatorum fiat, post appellationem ab interlocutoria ante definitivam, idque secuta inhibitione à judice ad quem.*

28 *Ampl. ut non solùm innovata post appellationem, sed & innovata lite pend sint per remedium attentatorũ revocanda.*

29 *Ampl. ut licet par in parem non habeat imperium, tamen inhibitio facta judici delegato per judicem delegatum, revocari possit per viam attentati.*

30 *Ampl. ut licet innovata ante conclusionem in causa, post conclusionem in causa regulariter non possint revocari, tamen innovata post conclusionem in causa, etiam postea ante sententiam revocari poterunt.*

32 *Ampl. ut procedat in appellante, & appellato, & judice à quo, secundum distinctiones tamen infra assumendas.*

33 *Ampl. ut licet renunciatum sit appellationi, vel eadem deserta, tamen attentata post viam nullitatis, revocantur.*

34 *Ampl. ut pendentia litis, super attentatis, operetur quod noviter attentata veniant revocanda.*

36 *Ampl. ut judex nullitatis revocet attentata quoque, quod est quando procedit seorsum ab appellatione.*

37 *Ampl. ut attentata quoque considerari possint circa attestationem literarum.*

38 *Ampl. ut sententia, qua transivit in rem judicatam, revocari possit per viam attentati.*

39 *Ampl. ut contra agentem super attentatis, non obstet exceptio alterius spoliationis.*

40 *Ampl. ut attentata revocari possint, etiam quod remedium ordinarium appellationis, non intentetur.*

41 *Ampl. ut judex, qui non dedit apostolos, nulliter agat.*

42 *Ampl. ut attentata post appellationem extrajudicialem, à judice, non uti judice, sed uti parte, sint ipso jure nulla sicut à judice fierent.*

43 *Ampl. ut habeat locum remedium attentatorum si lit. pend. in palatio super beneficio ecclesiastico, reus & possessor aliquo modo transferat dominium in alium, & reus moriatur tunc fit revocatio per modum attentati contra superstitem, vel in quem translatio dominii facta fuerit.*

45 *Ampl. ut attentata per abbatem contra monachos, post litem motam revocentur, & abbati restituantur.*

46 *Ampl. ut litis pendentia super nullitate, operetur remedium attentatorum.*

47 *Ampl. ut ibi superior avocaverit causam ex certa scientia attentata per inferiorem, etiam ignorantem avocationem, sint nulla.*

48 *Ampl. ut pendente causa restitutionis in integrum, regulariter locum habeat remedium attentatorum.*

49 *Ampl. ut judex à quo procedere non possit citra periculum attentatorum, sine nova commissione.*

50 *Ampl. ut judex possit hac attentata revocare ex officio suo parte non petente, quasi ad pœnam sui contemptus.*

51 *Ampl. ut attentata post relationem, vel judicis recusationem habeat locum remedium attentatorum.*

52 *Ampl. ut post appellationem extrajudicialem probato gravamine, vel facta oblatione de probando incontinenti legitime, licet non probetur causa, veritas expressa, veniant attentata revocanda.*

54 *Ampl. ut contra tertium succedentem in re singulariter alienata, procedat revocatio attentatorum.*

55 *Ampl. ut agens super attentatis non teneatur colorare titulo possessionem.*

56 *Ampl. ut sententia dependens à sententia attentata, revocetur per viam attentati.*

57 *Ampl. ut attentata post desertionẽ appellationis, veniant revocanda per viam injustitia, & via ordinaria, non incidenter, & extra ordinem.*

58 *Ampl. ut pendente causa attentatorum, fatalia non currant.*

60 *Ampl. ut appellatio incerta & generalis ratione personæ, tamen*

men certa quoad factum & causam, valeat, & operetur effectum remedii attentatorum.

62 Ampl. ut appellatio à sententia nulla, operetur effectum devolutivum, etiam quoad attentata.

63 Ampl. ut licet pars rea in causa appellationis à diffinitiva in partibus interposita coram auditore hujusmodi causæ, in curia, libello dato lis contestetur, nihilominus poterit postea agi de, & super attentatis.

64 Ampl. ut in materia taxentur expensæ, procuratorum, sollicitatorum, & advocatorum.

65 Ampl. ut licet revocanda per viam attentati, videantur quid diversum à causa principali, tamen si ratione negotii principalis id factum sit, idem veniat per modum attentati revocandum.

66 Ampl. ut & in avocatione facta per judicem inferiorem, sicut post appellationem, habeat locum attentatum.

67 Ampl. ut reportatis tribus sententiis pro, super causa restitutionis in integrum, & ut ibi, instari pro revocatione attentatorum.

68 Ampl. ut judex ex officio, etiam post conclusionem in causa, possit attentata revocare.

69 Ampl. ut si à tribus gravaminibus appellantem judex in termino reponat in statu de duobus, & super tertio non reponat, nec det apostolos, saltem refutatorios, eo ipso processus, post habitus, est nullus.

72 Ampl. ut attentata intra decennium ad appellandum sint nulla ipso jure, appellatio esset justa.

73 Ampl. ut executio sententia, revocari possit.

74 Ampl. ut attentata post appellationem veniant revocanda, etiam non justificata appellatione.

75 Ampl. ut factum per judicem post avocationem causæ revocetur per viam attentati.

76 Ampl. ut c. si hi contra quos, ut lit. pend. in 6. impediat executionem gratiarum apostolicarum, & ut ibi late.

77 Ampl. ut licet remedium attentatorum non habeat locum contra tertium, fallit tamen quando tertius qui innovavit, habuit causam à parte litigante, vel à judice.

79 Ampl. ut cumulatio attentatorum cum appellatione fieri possit ante, & post litem contestatam.

80 Amp. ut ad revocationẽ attentatorum, nõ sit facienda mentio circa impetrationẽ rescripti.

81 *Ampl. ut expensæ super attentatis, taxari possint ante sententiam in principali negotio ferendam.*

82 *Ampl. ut accessoriè ad negotium principale, veniam attentata.*

83 *Ampl. ut si per judicem à quo delatum fuerit appellationi, decernendo processum pro apostolis de communi consensu partium, idem judex à quo procedere non possit citra attentationem, nisi per superiorem causa eidem remittatur.*

84 *Ampl. ut judex non revocans attentata, dicatur facere iniustitiam.*

85 *Ampl. ut assecutio possessionis vacuæ, lite pendente revocari possit, per viam attentati.*

86 *Ampl. ut paria sint esse appellatum, & petere terminum ad appellandum.*

87 *Ampl. ut non obstante nullitate attentatorum, sententia sit exequenda.*

88 *Ampl. ut omnis alienatio rei litigiosæ, vel si esset permutatio lite pendente, revocetur per viam attentati.*

89 *Ampl. quia licet ubi aliquis tenet beneficium reservatum, si talis expellatur de beneficio, sibi non datur interdictum.*

91 *Ampl. ut possit semper appellans adire judicem à quo, & petere ne aliquid innovetur in præjudicium appellationis.*

92 *Ampl. posset hac regula variis modis, quibus ampliatur regula, quod spoliatus ante omnia, est reintegrandus ad suam possessionem.*

93 *Ampl. itaque, ut attentatus sit restituendus, etiam si precario, vel clam possideret à spoliatore, ut peremptare, circa quæ fuerit attentatum, procedatur quoad æstimationem nec non revocatio attentatorum facienda est, quoad fructus, expensas, & damna.*

94 *Ampl. ut attentata per actorem post commissionem, & citationis decretum, licet non executa veniant revocanda.*

95 *Ampl. ut in quacunque parte judicii revocatio attentatorum sit facienda, quod tamen ante conclusionem in causa accipitur.*

96 *Ampl. ut & in materia duelli accommodari possint attentata, quia in iis proceditur ad instar judiciorum.*

97 *Ampl. ut ea, quæ post inhibitionem geruntur, per modum nullitatis, vel attentati revocantur secundum casum ibi propositum.*

98 *Ampl.*

98 *Ampl. ut contra alienantem lite pendente, locum habeat remedium attentatorum.*

100 *Ampl. ut judicis auctoritas non excuſet attentatum.*

101 *Ampl. ut appellare, & petere terminum ad appellandum ſint paria, niſi uno caſu.*

102 *Ampl. ut attentata deduci poſſint etiam per modum exceptionis, ad impediendum executionem alicujus ſententiæ.*

103 *Ampl. ut quæ ratione contumacia fuerint attentata, & probentur incontinenti poſſint revocari.*

104 *Ampl. ut contra conventum actione reali, alienantem lite pendente, attentata revocentur.*

105 *Ampl. ut cauſa poſſeſſionis, aut proprietatis poſſint ſimul quoad proceſſum cumulari cum judicio attentatorum.*

106 *Ampl. ut licet ubi renunciatum eſt appellationi, vel ubi cauſa eſt deſerta privilegium attentati non habent locum, tamen ordinariè nullitas attentatorum non impediatur.*

107 *Ampl. ut ſi appelletur à gravamine judicis delegati, qui ante dationem apoſtolorum interdicat appellanti adminiſtrationem ſi talia petantur revocari per viam attentati procedat in caſu noſtro, licet in ordinario quidam aliter dicant.*

108 *Amp. ut cum auditor cauſæ, in Romana curia gratiam purificare poſſit, quaſi id ſit de pertinentiis cauſæ, ſi lite pendente executor id faceret, per modum attentati, id revocari poſſit.*

110 *Ampl. ut licet commiſſio ſuper jactationibus, & moleſtationibus in fraudem incepta per ſpoliatorem non paria attentatum, ad judicium ſuper reintegranda, tamen ſi fraus abſit impetratio, & talis commiſſio, cur non impediat novari.*

111 *Ampl. ut licet renunciatum ſit appellationi, ut videatur ceſſare remedio attentatorum, ut quado deſerta eſt appellatio, diſputatur tamen per viam nullitatis attentatorum via ſimplici, & ordinaria talia attẽtata revocari poſſint.*

113 *Ampl. ut pendente termino ad dandum apoſtolos, judex procedere non poſſit.*

114 *Ampl. ut in materia quoque adjuncti judicis dandi, conſideretur materia attentatorum.*

117 *Ampl. ut ultimum ſpolium ſemper ſit purgandum, etiam in fine litis.*

118 *Ampl. ut judex prohibere possit subditis suis, ne coram alio judice litigent, & si contra fiat revocabitur per viam attentati.*

119 *Ampl. ut innovata per tertium una cum litigante, etiam per judicem delegatum sint ante omnia revocanda.*

120 *Ampl: ut licet latæ sint tres sententiæ, vel una, & res sit judicata, vel causa deserta nihilominus quousque non sit facta executio, si per non possessorem accipiatur possessio, dicatur innovari.*

121 *Ampl. ut processus per judicem à quo est appellatum ante sententiam, post inhibitionem judicis ad quem, non solum est revocandus per modum attentati, immo est ipso jure nullus.*

122 *Ampl. ut pendentia litis super inobservantia contractus, & perjurio, faciat pendentiam litis super fructib. interessent.*

123 *Ampl: ut pendente inquisitione, ut in casu ibi late proposito possessio, & provisio debent ut attentata revocari.*

125 *Ampl. ut lis. quæ principaliter suspendit disponendum, suspendat etiam accessorium.*

127 *Ampl. maxime in nunciatione no. operis, in qua veniunt revocanda attentata, vel aliter non facta justificatione.*

128 *Ampl. ut si fuerit concessa moratoria, vel quinquennalis, vel aliter concessa dilatio, & interim durante dilatione deventum sit ad executionem, id revocari debeat, ut attentatum.*

129 *Ampl. ut attentata tempore feriarum, tempore feriarum possint expediri præsertim, si concernat solam possessionem quia ut eo tempore attentat, sic revocatur.*

130 *Ampl. ut pendente termino, ad dandum apostolos à iure, vel ab homine præfixo interim nihil sit innovandum.*

131 *Ampl. ut delegatus per commissionem compescendi contradictores contra tertios impedientes litigantes habeat jurisdictionem.*

132 *Ampl. ut stante statuto quod à pronuncia de compromittendo non possit appellari, recurri, querelari, supplicari peti rest. in int. vel aliud dici, objci, vel opponi, si petitum fuerit compromissum super causa, de qua coram alio lis pendebat talis de compromisso pronuncia revocabitur per viam attentati.*

133 *Ampl. ut pendente lite inter duos, super aliquo officio, neuter ipsorum*

ipsorum officium prædictum exercere debeat si aliquis eorum jam exercere ante oppositionem, vel appellationem alterius non inchoasset.

134 Ampl. ut revocatio attentatorum fieri possit usque ad conclusionem in causa.

135 Ampl. ut nec per rescriptum principis liceat innovare.

138 Ampl. ut innovatum, post iter arreptum ad superiorem, ut in casu ibi, est revocandum.

139 Ampl. ut cum à gravaminibus pluribus appellatur, tot censentur appellationes, quot gravamina.

141 Ampl. ut si facta sit condemnatio expensarum & appellatum usque ad tertiam sententiam, expensæ taxari non possint, alias fit revocatio per viam attentati.

142 Ampl. ut si possessio beneficii tempore motæ litis sit vacua, & pendente lite per alterum litigantium occupetur, dicatur innovatum, & veniat revocandum per viam attentati.

143 Ampl. ut in causa prophana præfixo termino per judicem à quo est appellatum, ad prosequendum appellationem, ante terminum non possint fieri citationes, nec aliquis actus exerceri.

144 Ampl. ut licet omissio condemnationis expensarum in possessorio non possit reparari in petitorio, tamen secus est si possessorium veniat tractandum per viam attentati.

145 Amp. ut agenti super attentatis, fatalia non currant ad prosequendam, & finiendam appellationem.

146 Ampl. ut sententia lata post appellationem interpositam, non possit confirmari per judicem, cui commissum fuerit negotium principale.

147 Ampl. ut illi, qui petit attentatum lite pendente, revocari, sufficiat probare innovatiõ. licet non probet de possessione.

148 Ampl. ut reservatio non afficiat ita possessionem, ut agenti hoc remedio non sit restituendus.

149 Ampl. ut licet spoliatus habens contra se præsumptionem non sit restituendus, tamen fallit in remedio attentatorum, nisi in causis beneficialibus.

150 Ampl. ut si appellans lite pendente, spoliavit suum adversarium, dicatur renunciasse suæ appellationi.

151 Ampl. ut ubi ab aliquo articulo appellatur à delegato in omnibus aliis videtur exemptus appellans à jurisdictione delegati, secus in ordinario.

152 Ampl.

152 *Ampl. ut stante propositione petitorii, si post attentatur, procedi possit super utroque, vel super altero, ad arbitrium illius, in cujus prajudicium fuerit attentatum.*

153 *Ampl. ut pendente lite super privatione beneficii, ob aliquod crimen possit ille, qui venit privandus, tale beneficium renunciare.*

154 *Ampl. ut lis pendere quoad actorem, dicatur, praesentato rescripto, & decreta citatione, licet non executa.*

155 *Amp. ut post appellationem, ante dationem apostolorum, & magis post, per judicem à quo, recipi non possint testes abfuturi.*

156 *Ampl. ut appellans absente judice, non eximatur ab illius jurisdictione.*

157 *Ampl. ut in casu notabili, de quo per Ro. 13. quod si constat, alias 348. de rest. spol. aut. & dec. 14. sed pone retento, alias. 423. eo. tit. secundum casum ibi.*

159 *Ampl. ut s. pendente termino ad dandum apostolos impetretur, & post revocetur gravamen, impetratio non valeat.*

160 *Ampl. ut si reus, lite pendente, beneficium litigiosum permutaverit, deinde mortuus sit, contra superstitem revocari possit, per modum attentati eo tamen citato.*

161 *Ampl. in materia c. si ii contra quos, ut lit. pend. in 6. secundum casum ibi.*

162 *Ampl. ut per auctorem attentata post praesentatam commissionem, & literas sive citationem commissam sed non expeditam, sint revocanda.*

163 *Ampl. in casu, de quo per Rot. i. primus, de rest. spol. secundum casum ibi traditum.*

164 *Ampl. ut successor in beneficio recipiatur in eodem statu litis, in quo auctor, vel praedefunctus erat.*

165 *Ampl. ut judex proprio motu, parte non instante, quia ipse fuit contemptus revocare possit attentata.*

166 *Ampl. ut contra tertium succedentem in attentatis, detur hoc remedium.*

167 *Ampl. ut arripiens iter ad superiorem, habeatur pro appellato, si non ex alia causa fiat.*

168 *Ampl. ut licet facta impetratione supplicationis, cum potestate procedendi, literis non expeditis, & rescripto, dummodo non fiat litigiosum ante expeditionem, quoad reum conventum, non inducatur litis pendentia.*

169 *Ampl.*

169 *Ampl. ut spolians lite pendente, sit magis odibilis, quam alius spoliator: & ideo omnes ampliationes, quæ dantur ad reg. cau. reintegrandæ procedatur in attentatis.*

170 *Ampl. ut licet stante appellatione ab interlocutoria ante inhibitionem, non dicatur attentari, tamen si inhibitio emanaverit canonicè ex. causa cognita, an sit appellatum an appellatio sit frivola tunc judex à quo procedere non potest.*

171 *Ampl. ut lite pendente super rescissione, sive annullatione contractus lituæ ex eo interim, peti non possunt judicio ordinario, secus vero si instrumentum esset juratum, vel aliter haberet executionem paratam.*

172 *Ampl. ut regula de non tollendo jure quæsito, etiam ad rem procedat, stante litis pendentia.*

177 *Ampl. ut libellus generalis, & incertus procedat in causa attentatorum.*

178 *Ampl. ut innovata etiam per tertium, si impediant jurisdictionem judicis, sint revocanda.*

179 *Ampl. ut Rota introduxerit capientem possessionem sine præambula intimatione executorialium dicit quodammodo attentare.*

182 *Ampl. ut attentata causentur, & lis dicatur pendere, ubicunque sententia in uno judicio, parit exceptionem rei judicatæ in alio.*

183 *Amp. ut si expectativam aliquis habens acceptet beneficium per obitum unius ex litigantibus in præjudicium alterius collitigantis superstitis, nihil agat tam inspecto c. 2. ut lit. pen. in sexto, quam regula cancellariæ, de subrogandis.*

186 *Ampl. ut lite pendente, vel appellatione, non liceat supplicare principi.*

187 *Ampl. ut arripere iter ad superiorem, habet vim provocationis, & appellationis, quia plus est facto, quam verbis appellare.*

188 *Ampl. ut sicut omissio, & repetitio circa materiam suspensionis petitorii sæpe, ac sæpius admittitur usque ad conclusionem in causa, ita id procedat in causa attentatorum favore attentatorum.*

189 *Ampl. ut pendente causa super attentatis, non currant fatalia in causa appellationis, nisi causa attentatorum sit commissa in favorem appellati vel aliter.*

190 *Ampl.*

190 *Ampl. ut spoliatus lit. pend. non teneatur colorare suam possessionem etiam in interdictis habentibus annexam causam proprietatis.*

191 *Ampl. ut eo ipso quod movetur lis super beneficio, censeatur moveri super possessione, licet de ea nihil dicatur.*

194 *Ampl. ut etiam post pronuntiam de exequendo, à qua fuerit appellatum ad superiorem, licet per statutum prohibita sit appellatio, nihil debeat innovari, & innovatum sit revocandum.*

195 *Ampl. ut pendente lite coram arbitro, nihil debeat innovari.*

196 *Ampl. ut si ordinarius contulerit uni tertio beneficium, de quo litigabatur, inter duos quorum alter mortuus sit, hoc dicatur attentari.*

197 *Ampl. ut licet oppositum non fuerit de litis pendentia, quomodo incipitur à facto, sive ab executione si de eo judiciũ ordinarium pendebat, revocari debeat per viam attentati.*

198 *Ampl. quia stante appellatione ab interlocutoria, non prius revocantur attentata, quam doctum fuerit de causa appellationis legitima.*

200 *Ampl. ut dispositum in sententia diffinitiva, habeat locum in interlocutoria cum diffinitiva habente.*

201 *Ampl. ut judex qui prævenit in jurisdictione, ut ecclesiasticus, possit prohibere etiam per excommunicationem impedientem, non obstante statuto.*

202 *Ampl. ut litigium factum cum procuratore falso, vel nullo cum non sit litigium non causet remedium attentatorum.*

204 *Ampl. ut habens potestatem prosequendi, sive consequendi jus suum de facto, & propria auctoritate, ut in expellendo colonum propter non observantiam, vel non solutionem, vel in apprehendendo possessionem propria auctoritate si judicem prius adiverit, quam utatur propria auctoritate attentet & malefaciat.*

207 *Ampl. ut si quis coram aliquo judice proposuerit possessorium, pendente lite super possessorio non post super petitorio adire alium judicem, licet ordinarium, ratio ibi.*

208 *Ampl. ut si quis contra aliquem inquiri caperit, in loco delicti, is qui comparuerit, deinde ex eodem delicto, in loco domicilii agitent, possit ratione litis pendentia coram primo, & si procedatur ad ulteriora instare, pro revocatione attentatorum.*

209 *Ampl.*

209 *Ampl. ut attentatum dicatur post appellationem, vel litis pendentiam etiam quod adessent litera vel commissiones à superiore principe, quod non obstante appellatione litis pendentia, vel inhibitione, quis reponeretur ad suam possessionem.*

210 *Ampl. ut attentans ad fructus teneatur, ita, & taliter quod propriis impensis fructus teneatur deferre ad domum illius, contra quem fuerit attentatum.*

211 *Ampl. ut petens revocari attentata, coram judice à quo, non dicatur renunciasse appellationi, si facit per modum informationis.*

212 *Ampl. ut lite mota super datione reintegranda, contra executionem nullitèr factã, adversarius non possit petere se confirmari de novo, quia lite pendente nihil est innovandum.*

213 *Ampl. ut causa attentatorum adhuc duret, si ex causa paupertatis, vel alia ipso jure post biennium instantia sit prorogata, & non deserta.*

214 *Ampl. ut & ad causam attentatorum pertinere dicatur si quando agitur querela contra haredem scriptum, vel bonorum possessione contra tabulas, ut interim à creditoribus hareditariis, is conveniri non possit, qui scriptus est hares.*

215 *Ampl. ut si bannitus petierit se rebanniri, pendente lite super rebannitione, interim offendi non possit.*

216 *Ampl. ut nullitas propeni possit, cum remedio attentatorum.*

217 *Ampl. ut proposita causa recusationis, expressa causa, & non expressa, in terris ecclesiæ, & sumptis arbitris præsertim, dicatur innovari per judicem recusatum, ut tamen id sit revocandum ita demum, si per arbitros declaratum fuerit, esse bonas causas recusationis.*

218 *Ampl. ut pendente appellatione unusquisque manuteneri possit in sua possessione, quam habet etiam contra jus, ut si appellatus spoliaverit, dicatur renunciasse sua appellationi.*

219 *Ampl. ut attentata non revocentur in appellatione ab uno articulo, ex connexis cum aliis, à quibus non potest appellari.*

Atten-

Attentata revocanda, & ampliationes.

Caput XXX.

IN materia attentatorum facta, est specialis provisio per *cap. non solum, de appel. lib. 6.* super quo late insistere possem, declarando considerata ibi per *glo.* & *Doct.* verum cum brevitati studeam constituam regulam ad eandem redigendo, & subordinando scripta *in d. c. non solum.* Regula ergo sit, †
1 quod innovata post appellationem à definitiva sententia, vel interlocutoria debent revocari, ut *in d. c. non solum*, & prius idem statutum fuerit: licet non ita clarè *in titul. nil nov. appell. pend. ff.* & in decretis, *ut lit. pend. & iterum in 6. & clem. in e cum M. de cõstit. in c. ad dissolvendum, de dispensa. impub. in l. si fundum. C. de rei vendi. in c. illud. cum gl. de cleri. excom. 11. q. c. quia.* Hæcque regula est certa, canonica, & approbata, possetque instari super concordanti-
2 bus, sed brevitati studentes procedemus ad ulteriora. Ratio † autem remedii attentatorum stante appellatione est, quia iudex sive benè, sive malè pronunciavit semel functus est officio suo, & per appellationem ad superiorem iurisdictio inferioris suspenditur *cap. venientes de iureiur.* & scribitur per Vestrium *in tit. de atte. in prin.* Et in simplici lite non debet alterari causa.

3 ¶ † Ampl. ut huiusmodi innovata semper sint revocanda, ut expresè dicit *tex. in d. c. non solum ibi debent semper.* Hæc dictio, semper, est satis ampla, namque, semper, dictio videtur adeo plena, ut exceptionem non patiatur, quia si aliqua exceptio detur ubique non erit semper *facit l. 1. ff. sol. mat.* ubi

cau-

causa dotis semper, & ubique præcipua est, quia si habet vim simplicis regulæ non est necessaria dictio, semper, † ut facit quia dispositio quæ in uno 4
redditur falsa, in totum redditur falsa, *l. si is qui ducenta. §. verum. de reb. dub.* accedentibus illis verbis, exceptis casibus in quibus prohibetur appellatio. † Juncta regula, quod exceptio firmat regulam § in contrarium *jux. not. in l. 1. de reg. ju.* Sunt tamen multi casus in quibus non revocantur attentata, ut infra dicemus. Eadem considerari possunt quoad tempus (licet quoad tempus nō satis commodè referatur, licet possit) Quia post conclusionē in causa nisi attententur post conclusum in causa non fit revocatio attentatorum, & in aliis casibus, de quibus infra dicemus. Circa prædicta dici posset, quod dictio, semper, pro regulariter exponatur. *l. semper. de reg. jur.* vel ea ratione, quod verificetur in majori parte, ut quando verum dicimus omnes fuisse cum factum est à majori parte, *l. nihil. ff. de interroga. act.* & per hæc dicebam, † quod- 7
attentata in prima instantia possunt peti revocari in secunda & tertia instantia, & cáusa appellationis, etiam lite contestata super negotio principali, ut, Ferra. *caut.* 38. & quod sumi per se, etiam negotio principali, & iterum separari, de quo alias scripsi.

¶ † Ampl. ut procedat in causis prophanis, & ec- 8
clesiasticis civilibus, & criminalibus, ut per Franc. *in d. c. non solum*, & per Manfred. *in mat. concl.* 1. ubi limitat in criminalibus in confesso, vel converso, & sensit Bal. *in l. fi. C. de lit. expens.*

¶ † Ampl. ut ante omnia revocentur attentata, 9
ut expressè dicit *text. in d. c. non solum* semper ante omnia, unde procedi non poterit super processu

principali, & hoc quando agitur summariè & extraiudicialiter, ut scribit Franc. Rip. *resp. 2. de rescri.* namque, ut dicit *Rot. 79.* † *Nota, quod fatalia alias*
10 448. *de appell. in antiq.* Licet & appellans appellationem suam, negotium, principale, & causam attentatorũ possit simul prosequi, tamen adhoc non arctatur, nisi velit, immo indultum est sibi à lege, item per attentationem ante omnia audiatur, unde fatalia non currunt appellanti, qui prosequitur, & agit causam super attentatis, ut nec illud tẽpus subducatur quo tres conformes mandantur executione: nisi forsitan dicamus ex tacito, vel expresso consensu derogatum fuisse huic privilegio, ut quia super negotio principali, & super attentatis processum fuerit, ut in simili proposita causa nullitatis, & appellationis causa nullitatis deseri cum causa appellationis scribit Vestrius *in practica in tit. de nulli.* & ipse scripsi in quibusdam meis allegationibus. †
11 Et causa attentatorum suspendit petitorium, & possessorium. Cassa. *decis. 4. de dilatione.* Manfred. *concl. 107.*

12 ¶ † Ampl, ut penitus talia attentata debeant revocari, ut per *tex. in d. c. non solum*, ut nihil inde remanere debeat impurgatum, quia aliter non esset
13 penitus attentata revocare. † Quia dictio, penitus, ut dictio, omnino, sunt precisè *iuxta not. in l. omnimodo. C. de in offi. test.* † Ex quo si attentatum fuerit
14 circa possessionem, & fructus, non dicitur attentatum penitus revocari, si revocatio facta fuerit quoad possessionem, non autem quoad fructus, quin & illud dici potest quod cum attentatum cõpletum in se spolium cõtineat, & hac ratione: quod attentata penitus sunt revocanda: dici posset quod

sicut

ſicut ſpolians non debet audiri niſi per tantum temporis ſteterit in non petendo per quantum ſtetit in ſpolio, ita & qui attentavit *juxt. no.* per Franc. Rip. *in* §. *nihil commune. l. naturaliter. ff. de acq. poſſ.* Hoc autem quod penitus hic dicitur, infra exprimitur per verbum, omnia, quod nihil excludit juxta l. Julianus *de leg.* 3. Cum, ſimile & reiteratio harum dictionum favorem attentatorum revocationis valde declarat, unde non eſt mirum ſi antequam deveniatur ad negotium principale fiat condemnatio, & executio in fructibus perceptis, & percipiendis, ut per Manfred. *concluſ. 25. & ego alias ſcripſi.*

¶ † Ampl. ut innovata medio tempore inter ſen- 15
tentiam & appellationem faciendam tempore decennii ſint revocanda, ſed & nulla, ita ut tex. ſentiat quod intra illud decennium etiam ante appellationem hæc peti poſſint revocari, ut *in d. ca. non ſolum*, unde inferri poſſet junctis proximè, quòd tempus hoc decennii ſi interim attentetur, & petantur revocari attentata, prorogetur quouſque cauſa attentatorum finiatur.

¶ † Ampl. ut ſi poſt ſpolium factum poſt appel- 16
lationem, ſpolians appellationem interponat, ne innovetur inde deferatur hæc appellatio, judex poterit revocare attentata, ſive ſit delatum appellationi, ſive non, ſive in eadem cauſa, ſive in diverſa, ut per Franc. & alios *in c. an ſit de appell.* & per Manfr. *conſ.* 24.

¶ † Ampl. ut attentata hæc debeant revocari un- 17
de imponitur neceſſitas judici, juxta *not. in l. ſæpe de offic. præſid. in l. creditores. C. de pigno. in l.* 1. *C. quomodo & quando jud. & in l. gallus.* §. 1. *de li-*

be & posthum. & cum non præfiniatur tempus instantiæ, aut instantia juris civilis, aut juris canonici, aut statutorũ servabitur, juxt. *not. in l. properandum. C. de judi.* secundum observantiam locorum. Et circa hoc causa hæc videbitur quid principale non emergens, vel incidens, ut intra tempus causæ principalis expediatur, necessitas autem hæc erit, ubi pars petit *juxt. l. 4. §. toties. de dam. infect.* non ubi ex officio suo judex revocet attentata.

18 ¶† Amp. ut licet episcopus dispensare possit cum privando beneficio, tamen non potest si quis impetravit in eventum privationis. Domin. *cons. 105. col. fi.* Staphil. *var. mo. col. fin.*

19 ¶† Ampl. ut prædicta attentatorum revocatio fiat etiam post appellationem interpositam ab interlocutoria ante definitivam, idque secuta inhibitione à judice ad quem post cognitionem causæ appellationis ab interlocutoria, & an negotium ad se fuerit devolutum: & ita revocatio fiat in pristinum statum, ut in *d. c. non solum.* Quinimo talia innovata post appellationem sunt ipso jure nulla, ut per Æ-
20 gid. *dec. 623.* processus factus ubi dicit, quòd † processus factus per judicem à quo ante sententiam post inhibitionem judicis, ad quem non solùm est revocandus per modum attentati, immo est ipso jure nullus, quia non est dubium, quod talis inhibitio suspendit jurisdictionem judicis à quo, & facta à tali jurisdictione suspensa sunt ipso jure nulla, *de sent. excom. cap. per tuas.* & per Ægid. uti supr. Quinimmo quod magis mirandum est Ægid. *dec. 624.* processus nullus dicit, quòd in casu præcedenti, etiam per supervenientem renunciationem appellantis factam de appellatione sua, & omnibus inde secu-

secutis processus talis, ut supra nulliter factus non reviviscit,quia † quòd ab initio non valuit tractu 21
temporis nõ convalescit,præsertim cum invaliditas procedat aliunde,quam exconsensu ratum habentis,defectus autem invaliditatis hic,& ex eo procedebat,quod suspensa erat jurisdictio. Dicit tamen Ægid.† quòd si re vera appellatum fuisset legitimè, 22
& non inhibitum secundum aliquos appellatio quando renuntiatur habetur pro non facta etiam retro.*juxt.l.furti.*§.1.*in fi.ff. de his qui not.infam.* † & 23
quod ipse Ægid.credit de contrario esse in ratione casum expressum *in cap.licet de sent.excom. lib.6.* Faciens differentiam inter ea,qua nulla sunt ipso jure, ut non possint ratificari,quæ verò sunt in suspenso quod possint, quę distinctio satisfacit pro illarum opinione juncta ratione,quod ante inhibitionem non sunt nulla ipso jure,sed annullanda. Item subdit Ægid. † quòd licet directè vigore appellatio- 24
nis de viribus appellationis propter talem renunciationem cognosci non possit , ut super ea pronuncietur , tamen cognosci potest de hoc incidenter ad effectum pronunciandi super nullitate dicti processus. *l. quoties C.de ord.ju.* quæ adduci possent,quando aliter super appellatione pronunciari non posset,ut quia deserta:tunc enim nihilominus,& super attentatis,de quo & alias dicemus. Licet aliàs dicamus,† quòd pendente causa atten- 25
tatorum fatalia non currant. Idemque *Ægid. decis.670.si contra.* dicit quòd si contra petentem be- 26
neficium absolutionis ad cautelam pro eo , quia potest & contra appellationem legitimam fuit excommunicatus de his duobus plenè docentem ex-

cipitur quod ipse renunciavit appellationi exceptio est rejicienda per *cap.licet canon.de sent. excom. li.6.* Licet inquiat crederem, secus in revocatione attentatorum, quia tale remedium est multum privilegiatum, ut per *gloss.in clem.1.ut lit.penden.* Si enim cessat appellatio, cessat ejus effectus, sed fateor subdit, quod absque privilegio hujusmodi per modum nullitatis via simplici, & ordinaria attētata venire possent ad dictorum attentatorum revocationem, ut per Ægid. uti supra. Circa quæ non est omittenda alia *decisio Ægid.322.* Item quod intimatio, ubi dicit, quod intimatio non habet vim inhibitionis, de quo puto me alias dixisse, & de modo intimandi appellationem ad devolvendum *Rot.26. si in causa alias 162.appell.no.* Item circa prædicta videnda est *Rot.20.si post inhibitionem.de appell.no.alias.130.* ubi voluit, quòd nullitas causatur post inhibitionem, quinimmo post legitimam appellationem, ita ut hæc nullitas, nec ex tacito, nec expresso consensu convalidari possit, ad hæc Dec. *in l.1.C. de bon.pos.se tab.*

28 ¶† Ampl. ut non solùm innovata post appellationem, sed & innovata lite pendente sint per remedium attentatorum revocanda, ut per *tot.titu. nil.nov. appell.pend.* & facit id, quod dicimus, quod ad revocationem attentatorum duo sunt probanda litis pendentia, & innovatio, ut in *cap.non solum de appellat.in 6.* & per Vestrium *in pract. lib. ult.in tit.de attent.* & alias tangemus, ut & quomodo aliàs scripsimus quomodo circa hæc cadant attentata.

29 ¶† Ampl. ut licet par in parem habeat imperium, tamen inhibitio facta judici delegato per judicem

dicem delegatum revocari possit per viam attentati, ut per Manfred. *decis.* 28. *ubi alleg. Rot.* 569. *in aut.*

§ † Ampl. ut licet innovata ante conclusionem in causa post conclusionem in causa regulariter non possint revocari, tamen innovata post conclusionem in causa etiam postea ante sententiam revocari poterunt, quia eadē ratio, quæ militat, quod revocentur ante conclusionem in causa attentata per prius: ita & innovata postea. *arg. l. à titio. ff. de verbo. obliga.* Hoc autem non procedet post datam sententiam prout in notula, antequam sententia talis aperiatur: quia cum primum aperitur statim retrotrahitur ad punctum quo data fuit, prout in notula *juxta l. asse toto. ff. de hæredib. instituen. & not. in authenti. si quis in aliquo. C. de edend. cum similib.* Qua ratione dicebam attentata medio illo tempore quo aperitur non esse revocanda, ut facta lite pendente, vel post concluſum in causa præcedenti, sed ut facta intra decem dies ad appellandum, qui decem dies licet elapsi sint à die datæ, prout in notula, tamen non impeditur appellatio, quia illi dies currunt à die scientiæ, qua ratione quoque dixi non afficere inhibitionem post sententiam datam, prout in notula circa quam materia aliqua forsitan dixi in quibusdam meis allegationibus. † Planè non aperta hac notula sententia nihil habet, cum nihil sit in referente *d. l. asse. & not. in l. 1. C. de sent. ex brevic. recit.* & per Affict. *dec.* 303. *& in consti. regn. in tit. de sent. in script. fere.* & de judice, qui pronunciavit, ut in consilio Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. nu.* 155. *pag.* 194. unde revolvemur ad ultimum actum post conclusionem in causa. 31

32 ¶ † Ampl. ut procedat in appellante, & appellato, & judice à quo: secundum tamen distinctiones sive declarationes infra assumendas, ut sentit Manfred. *concl.* 2.

33 ¶ † Ampl. ut licet renunciatum sit appellationi, vel eadem deserta: tamen attentata post viam nullitatis revocantur, Ægid. *cons.* 670.

34 ¶ † Ampl. ut pendentia litis super attentatis operetur, quod noviter attentata veniant revocanda,

35 quia † sicut causa nullitatis ponit remedium attentatorum, ut infra dicam. ita videtur, quod causa attentatorum, & facit, quia ultimum spolium est purgandum, ut *in cap. fin. ext. de ordin. cogni. Rot.* 27. *appell. no.* nisi incontinenti fiat, aut prius spolium majus sit posteriore. ut per Alcia. *cons.* 286. & *cons.* 406. ne aliàs detur materia calumniandi.

36 ¶ † Ampl. judex nullitatis revocet attentata quoque, quod est quando procedit seorsum ab appellatione, ut per Franc. *in c. dilecti.* Alex *consil.* 2. *lib.* 2. Manfred. *concl.* 8. ubi ampl. in alio judice non solum appellationis, quod intellige si sit ordinarius vel ei fuerit ab ordinario delegatum quando procederetur ordinariè super attentatis, ut alias tetigi.

37 ¶ † Ampl. ut attentata quoque considerari possint circa attestationem literarum, namque Romæ commissa causa si adversarius impetret literas ad partes, & instet pro expeditione in cancellaria, qui fecit Romæ causam committi jure petit literas attestari, quia facienda vigore talium literarum venirent revocanda per modum attentati, ergo multomagis ab initio fieri prohibentur. Nec obstat si dicatur, quod causa nondum erat in statu inhibendi,

cum

cum nondum esset juratum & deliberatum super libello, quia & si stilus curiæ haberet quod ante non consuevit fieri inhibitio, tamen ubi emergere potest tale periculum bene posset ante inhiberi præsertim cum jus inhibeat post primam citationem, ut in *clem. fin. ut lit. pend.* & hæc late prosequitur Rota *dec. 51. primo, & secundo aliás. 572. de rescript. antiq.* ubi fuerant attestatæ literæ permutantis cum secundo impetrante ad instantiam primi impetrantis.

38 ¶ † Ampl. ut sententia quæ transivit in judicatum revocari possit per viam attentati, Franc. *c. tua nobis. num. 18. de appell.*

39 ¶ † Ampl. ut cõtra agentem super attentatis non obstet exceptio alterius spoliationis secundum Inn. *in c. 1. de ord. cogni.* & per Affli. *dec. 98.* pulchrum est dubium, de quo alias.

40 ¶ † Amp. ut attentata revocari possint etiam quod remedium ordinarium appellationis non intentetur, Abb. *in c. ex parte, col. fi. de rescript. in cap. dilecti. de except.* Manfr. *concl. 85.*

41 ¶ † Ampl. ut judex, qui non dedit Apostolos nul-liter agat, *c. ut super appellat. lib. 6. Rot. 20. de appellat.* Bisign.

42 ¶ † Ampl. ut attentata post appellationem extrajudicialem à judice non uti judice facta, sed uti parte sint ipso jure nulla, sicut à judice fierent, Butri. Card. Alex. *in c. dilecti. de appel.* ubi quid in appellatione judiciali, & per Manfr. *concl. 195.*

43 ¶ † Ampl. ut habeat locum remedium attentatorũ si lite pendente in palatio super beneficio ecclesiastico reus, & possessor transferat beneficium in alium permutando, vel alio modo moriatur:

tunc enim revocatio fiet per modum attentati, etiam contra illum superstitem, vel in quem translatio possessionis facta fuerit, ut per *Rot. 3. si lite pendente aliàs 56. ut lit. pend. in no.* & ibi additio dicit, quod si peto rem corporalem, vel incorporalem, ut mihi debitam non ut meam, & reus lite pendente alienat, tenet alienatio. Idē si petatur confirmatio electionis, etiamsi ante electionem fuerit appel-
44 latum: quia † licet appellatio devolvat causam appellationis, non tamen devolvi potestatem conferendi: & si dicatur cassari debet, quod fit pendente appellatione, verum est de his, quæ spectant ad judicem, vel causæ processum, ut si reciplantur testes, vel feratur sententia, quæ cassatur probata legitima appellatione, collatio vero non pertinet ad processum, & *in c. ex parte. ex. de arbi.* Prima sententia impedit secundam non litis pendentia. Unde additio illa infert, quòd si episcopus petit aliquem à beneficio removeri, tenet collatio, quam facit lite pendente, ubi autem quis dicit præbendam suam, tunc lite pendente inhibetur alienatio per conventum, non autem per tertium, ut *in c. 1. & 2. ext. ut lit. pend.* Et ex prædictis infertur quod si peto præbendam à capitulo, & capitulum lite pendente alteri confert non revocatur per modum attentati, idem si peterem electionem meam confirmari, & superior lite pendente alteri conferret. Sed si contra possessorem beneficii feratur sententia à qua appellet, is non poterit interim privari beneficio, quia datio possessionis est de processu *c. licet. episcopus. de præben. lib. 5.* qui inhibetur appellatione pendente, ut per dictam additionem hęc differentem.

¶ † Ampl.

¶ † Ampl.ut attentata per abbatem contra monachos post litem motam revocantur,& ablata restituuntur. Joan.Anan.*c.olim tertio de accusa.* & per Doct.*in cap.cum teneamur* Manfr.*concl.*202. 45

¶ † Ampl.litis pendentia super nullitate operetur remedium attentatorum,ut per Innoc.& Imol. in *cap.ex insinuatione ext.de procurat.* quos tamen intelligit Franc.*in c.dilecto,de appellat.col.*12.*ver.* ex quibus omnibus,ut attentata pendente causa nullitatis non revocentur in primis, & ante omnia, sed postquam is,qui de nullitate diceret in causa nullitatis obtinuisset,& sit beneficio injustitiæ per no.in Bal.*in auth.quæ supplicatio,C.de precib.imp.offer.& in l.tale pactum.§.qui provocavit.ff.de pactis.* & scribit Vestrius *lib.*8.*in c.de attentatis*: licet contra allegetur à Manfred.*consil.*76. Sed intellige,ut idem ponit *concl.*80.id est pendente nullitate non revocantur attentata officio judicis privilegio attentatorum,sed beneficio injustitiæ,quia alias prius proceditur super attentatis quam super nullitate Affli. *dec.*98.& sic hæc distingue. 46

¶ † Ampl.ut ubi superior avocaverit causam ex certa scientia attentata per inferiorem etiam ignorantem avocationem sint nulla , ut per Manfred. *concl.*49. 47

¶ † Ampl.ut pendente causa restitutionis in integrum regulariter locum habeat remedium attentatorum,ut per doct.*in c.sciscitata ext.de rest.in integr.*& per Cassad.*decis.*1.*de rest. in integr.scilicet in fin.de appellat.*Salic.*ut l.unic.in fin. C.ne lic.tert.provoc.&* per Vestr.*in d.pract.in tit.de attentatis,& in ti. de rest.in integr.* de quo latius dicemus, & per Benintend,*dec.*85. 48

¶ † Ampl.

49 ¶ † Ampl.ut judex à quo procedere non possit citra periculum attentatorum sine nova commissione Manfr.*concl.*238.

50 ¶ † Ampl.ut judex possit hæc attentata revocare ex officio suo parte non petente quasi ad pœnam sui contemptus ut per Rom.*consi.*14. quem refert *addi.ad Rot.6.*nota quod attentata, ut *lit.pen.in antiquis*, & clarius hoc scribit *Rot.2.fuit dubitatum aliàs* 14.*de restit.spol. no.* & per Cassad. *decis.*3.*de restit. spol.*

51 ¶ † Ampl.ut attentata post relationem, vel judicis recusationem habeat locum remedium attentatorum. Card. Alex.*in rub.ex.de appell.* Manfr.*concl.* 191. & ideo ut attentata per judicem recusatum postquam ipse elegit arbitros absque citatione veniant revocanda, ut per Manfr.*dec.*193.

52 ¶ † Ampl.ut post appellationem extrajudicialem probato gravamine, vel facta oblatione de probando incontinenti legitimè licet non probetur causæ veritas expressa veniant attentata revocanda, ut per *Rot.*44.*licet de appell.not.aliàs*344. ubi dicit, quòd hæc procedunt in electionibus inferio-
53 rum ecclesiarum, Et quod † in electione cathedralium, & regularium ecclesiarum quicquid factum fuerit post & contra appellationem venit per modum attentati revocandum, & quod hoc intelligendum est de attentatis ante impetrationem commissam super dicta appellatione, quia si causa appellationis esset commissa alicui auditori in palatio, vel alibi manus executorum statim essent clausæ juxt.*cap.ut nostrum.ext.de appella.ut per Rot.* ubi supra.

54 ¶ † Ampl.ut contra tertium succedentem in re singu-

singulariter alienata procedat revocatio attentatorum, ut per Alex. & Franc. *in c. ut teneamur. & c. bonæ. de appell*, de quo quia alio tetigi, hæc hactenus.

¶ † Ampl. ut agens super attentatis non teneatur 55
colorare titulo possessionem, & in hoc est valde privilegiatum remedium, ut nec in beneficialibus saltem in prima figura coloratio hujusmodi requiratur, ut per *Rot. 2. fuit dubitatum aliàs 14. de restit. spoliato. not.* ubi declarat non procedere in notorio non jure petenti revocari attentata, nisi judex ex officio pro suo interesse id contendat, & est additio plena ad dictam *Rot. 2.* ubi tangit de differentiis interdicti unde vi, & remediis attentatorum. Circa quæ quoque videnda est *Rot. 4. reus & possessor aliàs 160. re judic. no.*

¶ † Ampl. ut sententia dependens à sententia at- 56
tentata revocetur per viam attentati. Manfred. *conclus. 232.*

¶ † Ampl. ut attentata post desertionem appel- 57
lationis veniant revocanda per viam injustitiæ, & via ordinaria, non incideret extra ordinē sec. quosdam, ut *Rot. 1. attentata alias prima de appell. not.* & per Benint. *in quadam decis.* ubi late allegat, & ego quandoque allegavi, cujus rei is erit effectus, ut facta revocatione agatur rei judicatæ, contra quam forsitan casus dari posset, vel exceptio, restitutio, vel nullitas idem dicitur de nullitate, quia vel causa deserta causa nullitatis remanet, ut per Abb. *in cap. cum veniissent de eo. qui mitt. in poss.* Cardin. *cons. 105. super promisso col. 3.* Dec. *in l. 1. C. de bon. poss. sec. tab.* de quo aliàs.

¶ † Ampl. ut pendente causa attentatorum fata- 58
lia non currant, ut per *Rot. dec. 79. nota quòd fatalia*

aliàs

aliàs 448, *de appella. in antiq.* ubi tempus executionis quoque detrahendum dicitur, & supra tetigi,
59 & †tres conformes super attentatis latæ antequam procedatur in petitorio sunt ante omnia executioni demandandæ; dummodo prædictæ sententiæ vim definitivæ habeant, puta si lite pendente, vel post appellationem à definitiva aliquid sit attentatum circa possessionem rei, de qua agitur, quia tunc sapit naturam veri possessorii, quod est plene executioni mandatorum ante ingressum petitorii, nec opponi potest contra istos conformes de nullitate, ut hæc late prosequitur *Rot. 2. tres sententiæ aliàs* 113. *de rejudicat. in no.* Planè si iste agens super attentatis succubuisset hæc causa attentatorum sibi non prodesset quominus fatalia currerent, quia sibi ipsi debet imputare is, qui forsitan dolo & fraude egit super attentatis, ut per *Rot. decis.* 15. *fatalia aliàs* 102. *de appellat. in not.* Franc. *in c. ex ratione nume.* 37. Manfred. *concluſ.* 92. & ibi dicit, quod fatalia currunt quando primo offertur libellus super attentatis, & postea producitur appellatio allega. Franc. in *c. dilecti. col. 2. appell.* idem quando fuit præfixus terminus, ut alias dixi. Sed quid si causa attentatorum mota fuerit per eum contra quem est appellatum videtur, quod hac ratione sibi prosit, ut quia facto suo id contingat, sed evenire posset ut non sit, & non succumberet. Limita tamen prædicta in casu, de quo per Affli&. *concluſ.* 131. Item quando sumus in uti possidetis, quia cum fiat per modum continuationis eadem est cum causa principali, ut per *Bero. q.* 120. & per Manfred. *concluſ.* 16. & dixi alias, & nota, quòd cum in terminis ecclesiasticis non sit præfinitum tempus instantiæ attentatorum

res

res longa esset nisi ex oblivione impediatur, de quo aliàs secus est jure civili, vel statutario. *l. properando de judic.* † Nota tamen, quòd ubi affertur libellus 60
super attentatis in appellatione ab interlocutoria currit instantia appellationis non obstantibus attentatis, ut per Bero. *q. fam.* 200. *num.* 14. Manfred. *dec.* 35.

¶ † Ampl. ut appellatio incerta, & generalis ratione personæ, tamen certa quoad factum & causam valeat, & operetur effectum remedii attentatorum, ut per Inn. *in c. consuluit. ex. de appel.* & scribit *Rot.* 23. *si expectans aliàs* 407. *de præb. in no.* 61

¶ † Ampl. ut appellatio à sententia nulla operetur effectum devolutivum, etiam quoad attentata. Fran. *c. dilecto. nu.* 21. *appel.* Manfr. *concl.* 51. 62

¶ † Ampl. ut licet pars rea in causa appellationis à definitiva in partibus interposita coram auditore hujusmodi causæ in curia super libello dato per actorem in causa & negotio principali litem contestetur nihilominus poterit postea agere de, & super attentatis post & contra prædictam suam appellatione in partibus interpositam, ut per *Rot.* 27. *licet pars, de appellat. in no. aliàs.* 185. 63

¶ † Ampl. ut in materia taxentur expensæ procuratorum, sollicitatorum, advocatorum sec. *Ro.* 99 *in no.* Mil. *in reper. in verb. attentata.* Manfr. *conf.* 82. *& rigorose.* 64

¶ † Ampl. ut licet revocanda per viam attentati videantur quid diversum à causa principali, tamen si ratione negotii principalis id factum sit, idē veniat per modum attentati revocandum: ecce enim si ab excomunicatione, vel excommunicationis reintrusione latæ, aut factæ propter contumaciam, 65

ciam, quia pars rea noluit respondere libello appelletur, & auditori primo per judicem appellationis inhibeatur, & post inhibitionem primus judex procedat totus processus est nullus, nõ obstante, quod reintrusio videatur alius, & separatus articulus à negotio principali, quod non est verum, quia ipsa reintrusio est facta occasione, & ratione negotii principalis, quia noluit respondere libello, & litem contestari in causa principali, & le reintrudendo vel excommunicando gravavit, cum in totum suspensa esset jurisdictio, ut per *Rot. 31. si ab excommunicatione alias 193. appellat. no.* Decius *in. l. 1. C. de bo. poss. sec. tab. col. 1.*

66 ¶ † Ampl. ut & in avocatione facta per judicem inferiorem sicut per appellationem habeat locum attentatum, Manfr. *concl.* 198.

67 ¶ † Ampl. ut reportatis tribus sententiis super causa restitutionis in integrum, in qua solùm cognitum fuit de negligentia, vel impedimento illius qui prosequi habebat, vel si dicatur de nullitate appellationis, vel falsitatem instrumenti appellationis instari pro revocatione attentatorum, ut per Ægid. *decis.* 217. exceptio falsitatis, ubi quoque dicit, quòd restitutus in causa prædicta potest petere revocatione attentatorum ante appellationem infra decem dies.

68 ¶ † Ampl. ut judex ex officio etiam post conclusionem in causa possit attentata revocare sec. Fran. & Alex. *in cap. bonæ, & in cap. cum teneamur de appellat.* licet quidam contra de quo alias puto me scripsisse.

69 ¶ † Ampl. ut si à tribus gravaminibus appellantem judex in termino reponat in statu de duobus, & su-

& super tertio non reponat, mos enim reponendi est in Romana curia, quod alibi videtur revocatio interlocutoriæ, vel processus usquequo reponitur, nec det apostolos saltem refutatorios eo ipso processus post habitus est nullus, ut scribitur in *cap. ut super in gloss. ult. de appellat. lib. 6.* † quia appellanti 70
persistenti in appellatione post plenam reductionem in statum sunt de necessitate, dandi apostoli, ut per Jo. And. *in d. cap. ut super.* Unde Ægid. ubi supra tenet quod etiam si super illo tertio non esset gravamen hoc procedat, quia super appellationibus etiam frivolis dandi sunt apostoli saltem refutatorii, † apostoli enim sunt literæ certificatione judicii 71
à quo, judici ad quem, ut per Ægid. ubi supra. Opinio hæc tamen est contra consilia, ut ipse ibi refert, consilia autem hęc illa esse puto de quibus loquitur *Rot. 3. tertio mandavit alias.* 805. *de constit.* ubi dicitur quòd auditor qui vult habere consilia debet bene videre processum, ut super certis dubiis Domini auditores possint securè dare sua consilia, vel extra Rotam consilia habentur, ut per *Rot. decis. ult. extra de dol & contum. alias* 444. ubi Baldi, & Petri consilia contraria referuntur.

¶ † Ampl. ut attentata intra decennium ad appel- 72
landum sint nulla ipso jure, si alias appellatio esset justa Federic. de Sen. *cons.* 119. Manfr. *cons.* 83.

¶ † Ampl. ut executio sententiæ revocari possit 73
per viam attentati, ut per Bal. *cons.* 330. *lib.* 3. Gemin. *cons.* 24. Ferrat. *caut.* 58. Neviza. *consi.* 70. Manfred. *cons.* 358.

¶ † Ampl. ut attentata post appellationem ve- 74
niant revocanda etiam non justificata appellatione, ut in *cap. dilectis*, ubi Andr. Sicul. *ex. de appellat.*

& per Oldra. *conſ.* 198. quos allegat & ſequitur additio ad Dec. *in l.* 1. *in verb. appellatione de bono. poſſeſſ. ſec. tab.*

75 ¶ † Ampl. ut factum per judicem poſt avocationem cauſæ revocetur per viam attentati. Henric. *c. ut noſtrum. de appell.* Abb. *in c. cum M. col. fi. de conſtit* Rebuff. *in tractat. de avocat. num.* 103. Manfred. *concluſ.* 42.

76 ¶ † Ampl. ut c. ſi hi contra quos, ut lit. pend. in 6. impediat executionem gratiarum apoſtolicarum quo minus expectantibus acceptantibus beneficia litigioſa tanquam vacantia per obitum litigantium valeat provideri donec ad inſtantiam litigantium ſuperſtitum lites hujuſmodi finiantur, ut late per *Rot.* 28. *utrum capitulum aliás* 588. *conceſſ. præb. ant.*

77 ¶ † Ampl. ut licet remedium attentatorum non habeat locum contra tertium, ut in *cap. romana.* § *in alium. de appellat. lib.* 6. Joan. Monach. *cap. cupientes. de elect. lib.* 6. tamen hoc fallit quando ille tertius, qui innovavit habuit cauſam à parte litigante, vel ſi habuiſſet cauſam à judice, ut dicit *gloſſ. in c. non ſolum. de appellat. in* 6. Philip. Franc. *in c. bonæ, col.* 3. *de appellat.* unde late ſcribit Afflict. 354
78 in *cauſa vertente col. fin.* quòd † ceſſio lite pendente non poteſt fieri, ut lis transferatur in ceſſionarium, ſed bene utilitas, ſed judicium currit cum cedente, ut per Bal. *in l. per diverſas q.* 15. *C. mand.* & propterea ſcribit. Affli. *in d. dec.* quod pendente lite in Senatu Neapolitani conſilii illi Spinolæ non potuerunt petere coram judicibus Genuæ executionem literarum cambii, & talia atentata debent ante omnia revocari.

¶ † Ampl

¶ † Ampl. ut cumulatio attentatorum cum appellatione fieri possit ante, & post litem contestatam, ut per Doct. *in c. dilecti. 3. de appell.* Vestrius *in pract. in materia*, Manfred. *concl. 84.* 79

¶ † Ampl. ut ad revocationem attentatorũ non sit facienda mentio circa impetrationem rescripti *cap. dilecti. ex. de exceptio. sed dic ut alias.* 80

¶ † Ampl. ut expensæ super attentatis taxari possint ante sententiam in principali negotio ferendam. *Rot. 99. in not.* Manfr. *concl. 90.* 81

¶ † Ampl. ut accessorie ad negotium principale veniant attentata, *in ant. cons. 309.* Manfr. *conc. 350.* 82

¶ † Ampl. ut si per judicem à quo delatum fuerit appellationi decernendo processum pro apostolis de cõmuni consensu partium, idem judex à quo procedere non possit citra attentationem, nisi per superiorem causa eidem remittatur, quia adeo transfunditur jurisdictio in superiorem, ut de consensu partium revivisçere non possit, ut per *Rot. 8. si judex, aliàs de appellat. in no.* quid si admisit appellationem si & in quantum. 83

¶ † Ampl. ut judex non revocans attentata dicatur facere injustitiam. Franc. *c. consuluit. 2. num. 8 appell.* Jo. Mon. *in §. de viginti, in princ.* Affli. *decis. 98.* Manfr. *consil. 91.* 84

¶ † Ampl. ut assecutio possessionis vacuæ lite pendente revocari possit per viam attentati, quia difficilius est litigare contra possessorem, quam stante vacua possessione, ut per Ægid. *decis. 102. si possessio.* licet ibi dicat, quòd liceat impetrare, novum rescriptum lite pendente, & ibi declarat quomodo illud procedat. 85

¶ † Amp. ut paria sint esse appellatum, & petere

terminum ad appellandum. Vital. *in clauſ. nil. novâri. num.* 15. Dec. *in d. c. non ſolum, & in l. appellatione*, Manfr. *concl.* 3.

87 ¶ † Ampl. ut non obſtante nullitate attentatorum ſententia ſit exequenda, vide Manfr. *concl.* 362.

88 ¶ †. Ampl. ut omnis alienatio rei litigioſæ, vel ſi eſſet permutatio lite pendente revocatur per viam attentati, *Rot. dec.* 319. Manfr. *concluſ.* 45. Sed hoc intelligitur, ut loquitur ubi res ſit litigioſa, quia in perſonalibus non fit litigium rei, & vide Bart, *in l. fi. C. de litigioſ.* & hæc procedunt etiam in cauſis, de quibus *in d. l. fi.* quia illa *in ſuis ſentent.* procedit, & ſecundum prædicta intelligitur, quod contra conventum actione perſonali non revocantur attentata. Vital. *in clauſ. nil. nou. c. cupientes.* §. *de vigint. de elect.* Manfr. *concl.* 66.

89 ¶ † Ampl. quia licet ubi aliquis tenet beneficium reſervatum ſi talis expellatur de beneficio ſibi non datur interdictum, quia ſicut reſervatio afficit beneficium, ita poſſeſſionem *cap. ut noſtrum. ext, de appellat.* ubi Inno. tamen datur officium judicis ſi eſſet expulſus lite pendente, in quo quidem officio non requiritur poſſeſſio, ſed ſufficit quod jus tempore expulſionis detineat, ut not. Inno. *in c. dilecti. de majo. & obed.* Licet quibuſdã videretur, quod poſito quod reſervatio afficiat poſſeſſionem civilem, non tamen naturalem, *ut l.* 1. §. *dejicitur. ff. de vi. &*

90 *vi arm.* (ut in ſimili dicitur, † quòd ex contractu, ex quo non poteſt transferri dominium transfertur poſſeſſio naturalis. *l.* 1. *§ ſicut. ff. de acq. poſſ.* Item poſito, quòd reſervatio afficiat poſſeſſionem quantum ad Papam, non tamen quantum ad extraneum litigantem, ut hæc late deducuntur per *Rot.* 11. *nota*,

quod

*quòd ubi aliàs 56.de cauſ poſſeſſ.in antiq.*Plane quod in canone reintegrandæ,&c. reſervatio ita afficiat, ut non ſit danda reintegratio Rip.multa allegat *in §. nihil commune num.82.de acq.poſſeſſ.*& de vi talis reſervationis ſcribit *Rot.24.nota.quod ubi Papa aliàs 283.& 22.nota, quòd ubi Papa aliàs 197.de præb. antiq.& Rot.11.nota ubi ſpoliato aliàs 275.de reſt.ſpoliat.aut.*unde idem inferri poſſet in caſu *Rotæ 15.nota, quòd ubi aliquis aliàs 371. de reſtit.ſpoliato. antiq.*& de materia latiſſime ſcribitur *Rot.3.ſi contra aliàs 16.reſtit.ſpol.not.& 14.ex præmiſſis aliàs 277.eo. tit.no.*

¶† Ampl.ut poſſit ſemper appellans adire judi- 91
cem à quo,& petere,ne aliquid innovetur in præjudicium appellationis,Franciſ.*in cap.an ſit*, & Doctor.in *cap.cum teneamur, de appellat.*adeo , quòd petent poſtea etiam poſt inhibitionem factam à judice appellationis revocatam attentata,ut per Docto. ubi ſupra,& Manfred.*concl.*48.ubi quoque dicit,quòd ſpoliatus agit ad damna ſicut ad fructus alleg.Dec.*conſil.*200.hæc magis procedent in appellato.

¶† Ampl.poſſet hæc regula variis modis,quibus 92
ampliatur regula , quod ſpoliatus ante omnia eſt reintegrandus ad ſuam poſſeſſionem, de quib.plene per Franc.Rip.*in l.naturaliter. §. nihil commune, num.45.& ſeq.de acqu.poſſeſ.*quia ſi reſtitutio favorabilis eſt in can. reintegrandæ , multomagis amplianda eſt in remedio attentatorum:& ideo ſummatim aliqua pertingam,ut tamen ſalvum eſſe putem jus melius,& latius ſcribendi.

¶† Ampl.itaque ut attentatus ſit reſtituendus 93
etiam ſi precario, vel clam poſſideret à ſpoliatore,

ut perempta re, circa quam fuerit attentatum procedatur quoad æstimationem, nec non revocatio attentatorum facienda est quoad fructus, expensas, & damna, etiam ad fructus, qui percipi potuerunt, nec non ad expensas, quæ factæ fuissent in convocandis, & parandis amicis ad propulsandam injuriam. Item procedetur contra eum, qui attentatum ratum habuit. Item etiam si attentans offerret in continenti probare dominum, etiam procedetur contra successorem sine vitio. Item si attentatio facta fuerit circa omnia bona non prius attentatus cogetur respondere quam facta restitutione omnium bonorum, ne quis cogatur inermis litigare. Item ut non obstet promissio de non agendo super spolio. Item non obstante renunciatione juris super re, de qua factum sit spolium, etiam si authoritate judicis fuisset attentatum si quidem is procederet, ut privatus, de quo authoritate principis, Alciat. *cons.* 370. *& cons.* 375. Item stante sententia nulla, ut de his atque huiusmodi per Ripam in loco supra alleg.

94 ¶† Ampl, ut attentata per actorem post commissionem, & citationis decretum licet non executa veniant revocanda, ut per Cassad. *decis. 6. nu. 2. super reg. cancella.* Vestrius *in pract. in mate.* & per Manfred. *concl.* 93.

95 ¶† Ampl. ut in quacunque parte judicii revocatio attentatorum sit facienda, quod tamen ante conclusionem in causa accipitur, ut *Rot. 4. attentata alias 57. ut lit. pend. no.*

96 ¶† Ampl. ut & in materia duelli accommodari possint attentata, qua in iis proceditur ad instar judiciorum, ut ipse quoque dixi in libro meo de-

men-

mentitis, unde & coram arbitris, & similibus coram quibus proceditur forma, vel similitudine judicis.

97 ¶ † Ampl. ut licet in partibus processum sit ad multos actus, citra tamen conclusionem in causa vel si causa fuisset instructa, tamen si causa avocata fuerit, quod fit etiam per solam narrationem facti, & litis pendentiæ & commissionem, non dicendo aliter prævia avocatione, ut per *Rot. 76 si petatur in no.* apponendo tamen clausulam citra conclusionem in causa, quæ post inhibitionem geruntur per modum nullitatis, vel attentati revocabuntur, ut per Staphil. *in tit. de commiss. lit. vestit. §. quando conceditur, num. 18. pag. 126.*

98 ¶ † Ampl. ut contra alienantem lite pendente locum habeat remedium attentatorum, vel si alienans uti poterat possessione, ut per Abb. *in cap. cum M. col. fi. ex. de constit. & cap. 1. ut lit. penden.* ubi hoc propter perfidiam alienantis admittit, & prosequitur Manfr. *concl. 17.* Sed id verum est, quando agitur reali vel ad possessionem: secus quando agitur personali, & in fraudem forsitan alienatur, quia tunc *tit. de his, quæ in fraud. cred.* videtur locum habere. Item verum est quando fuit translata possessio vere, & cum affectu, & non per constitutum solum, quia non interest petentis revocari. Item non videtur procedere in casibus permissis *in l. fi. C. de litig.* quam ego ampliabam ad donationem causa mortis ex *no. in l. 2. ff. de leg. 1. cum simil.* Item quando litigatur possessio non videtur inhibita alienatio dominii, licet secus sit quando dominium: † quia dominium 99 habet inclusum in petitione etiam possessorium, quasi in ventre, ut puto me alias dixisse.

100 ¶ † Ampl.ut. judicis authoritas non excuſet attentatum. Decius *conſ.*103.*conſ.* 200.*ut nec principis poteſtas.* Dec.*conſ.*214.refert, & ſequitur Manfred. *concl.*56.quod intellige ſi injuſtè procedat, vel ex non certa ſcientia in principe, juxta *not.in l.juſtè poſſidet.de acq poſſ.*

101 Ampl.ut appellare, & petere terminum ad appellandum ſint paria niſi in caſu. *Rot.* 45.*in ant.* Manfr.*concl.*5.& niſi in caſu, per eundem Manfred. *concl.*120.

102 ¶ † Ampl.ut attentata deduci poſſunt etiam per modum exceptionis ad imponendum executionem alicujus ſententiæ, ut per Imol. & Fran.*in c.dilecti.num.*9.*ex.de appell.* Manfr.*concl.*98.

103 ¶ † Ampl. ut quæ ratione contumaciæ fuerint attentata & probentur in continenti poſſint revocari, ut per Jo.Mon.*§.de viginti.num.*143.Manfred. *concl.*101.

104 ¶ † Ampl.ut contra conventum actione reali alienantem lite pendente attentata revocentur ſecundū Spe.*in ti.de app.§.noviſſime col.*6.*verſ.ſextus.* Vital.*in tract.clauſ.nil novari.nu.*2.Manf.*concl.*113.

105 ¶ † Ampl.ut cauſa poſſeſſionis, aut proprietatis poſſit ſimul quo ad proceſſum cumulari cum judicio attentatorum. Ægi.*dec.*506.& 507.&per Manfred.*concl.*fin.

106 ¶ † Ampl.ut licet ubi renunciatum eſt appellationi, vel ubi cauſa eſt deſerta privilegiata attentati non habeat locum, tamen ordinata nullitas attentatorum non impediatur, ut per Manfr.*conc.*196.& alias dixi, ſic ſi non datur attentatum, datur nullitas attentatorum, Manfr.*concl.*215.

107 ¶ † Ampl.ut ſi judice delegato à Papa committatur

tatur inquirere super malo administratione prælati,& à gravamine illius appelletur,& post antedationem apostolorum interdicat illi administrationem si talia petantur revocari per viam attentata procedat in casu nostro secundo quosdam licet in ordinario quidam aliter dicant & distinguant an constaret de causa interdictionis. de quo *Rot.76.judici alias 670.appell.antiq.*

¶† Ampl.ut cum auditor causæ in Romana curia per clem.auditor.de rescript.gratiam purificare possit quasi id sit de pertinentiis causæ si lite pendente executor id faceret per modum attentati id revocari possit,ut per Ægid.*decis.667.auditor deputatus,ubi alleg.cap.ut nostram de appellat.& cap.cum M.in fin.de constit.*verum est quod idem Ægid. ibidem subdit quod hoc non est sine aliquo scrupulo, licet ita servetur,tum quia *d.clem.*auditur ponit jus novum,& tamen non tangit hunc casum,tum quia clem.dicta loquitur in eo, cui beneficium jam delatum est, & qua habet jus ad rem. 108

Et† ille cujus gratia adhuc est purificanda nondum habet jus in re, nec ad rem,quia in credito conditionali ante conditionis existentiam non venit, nec cessit dies ante conditionis eventum. Item licet ad judicem pertineat,& declaratio jure tamen jus novum parti conferri non habet.*l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si servit.vend.* præsertim in purificatione gratiæ concesse in forma pauperũ in qua etiam contrarium dicunt aliqui per hujusmodi rationem, ut per Ægid. ubi supra. 109

¶† Ampl.ut licet alias dixerim commissionem super jactationibus,& molestationibus in fraudem inceptam per spoliationem non parere attentatum 110

ad judicium ſuper reintegrandæ, tamen ſi fraus abſit impetratio, & talis commiſſio cur non impediat novari *ex l. fi. C. de edic. D. Adr.* vel deſuper peti compromitti ex ſtatuto.

111 ¶ † Ampl. ut licet renunciatum ſit appellationi, ut videatur ceſſare remedium attentatorum, ut quando eſt deſerta appellatio diſputatur tamen per viam nullitatis attentatorum via ſimplici, & ordinaria talia attentata revocari poſſint, ut per Ægid. concluſ. 670 ſi contra petentem, ubi voluit, quòd ſi contra petentem beneficium abſolutionis ad cautelam, quia poſt, & contra appellationem legitimam fuit excommunicatus contra plene decentem de prædictis eſt rejicienda exceptio. *c. licet de ſent. excomm. lib. 6.* & ſubdit, quod ſecus credit in revocatione attentatorum, quia ex privilegio appellationis hujuſmodi privilegium attentatorum eſt

112 privilegiatum: † quia ceſſante appellatione ceſſat omnis ejus effectus, & privilegium, licet per viam nullitatis, ut dixi ſuper prædictis provideri poſſit, ut per Ægid. ubi ſupra, & vide per eundem Ægi. *dec. 624. proceſſus.*

113 ¶ † Ampl. ut pendente termino ad dandos apoſtolos judex procedere non poſſit, *vide Rot. 37. alias 406 appell. ant,*

114 ¶ † Ampl. ut in materia quoque adjuncti judicis dandi conſideretur materia attentatorum, ecce enim adjunctus conſuevit dari propter ſuſpicionem judicis à parte impetrati regulariter ante litem conteſtatam, & rarò poſt litem conteſtatam dummodo non ſit concluſum in cauſa, ut per Staphil. *in tit. de commiſſ. lit. juſtit. verſ. dantur pag. mihi* 129. Unde ſi per talem adjunctum fuerit inhibitum, vel inhibi-

hibitio intimata , tunc habebit locum remedium attentatorum,ut per Staphil.*in d.tract.& tit.in verbo speculatus.num.* 15. Unde non sufficit quod pars protestetur coram judice cui datur adjunctus, quod non procedat, & eidem ostendatur supplicatio sive rescriptum adjuncti , sed nec si fieret ex commissione judicis adjuncti, dummodo sine inhibitione,quia præsentari prius debet rescriptum, inde literæ citatoriæ & inhibitoriæ decernuntur,ut per Staphil.ubi supra,ubi de quibusdam clausulis importantibus in materia scribit , ubi † si insera- 115
tur clausula decreti,ut si post præsentationem secus fiat decernatur irritum,& inane,tunc non requiritur inhibitio, nec intimatio. Idem dicerem si adesset clausula,ut talis supplicatio à die signaturæ haberet vim præsentationis,& inhibitionis alias decernendo irritum,& inane,& c.sed † si simpliciter 116
diceretur decernens irritũ& inane nõ exprimẽdo à quo tempore videtur quod à die præsentationis, & inhibitionis,quod ex jure communi talia declarentur,ut per Staphil.ubi supra. Quæ sunt revocanda. Quia plerisque in locis vidi multum practicari dationem istam adjunctorum , etiam post conclusionem in causa etiam post dationem sententiæ prout in notula in apertura , ꝙ videtur mirabile.

¶ † Ampl.ut ultimum spolium semper sit pur- 117
gandum etiam in fine litis Fasto,*dub.* 4.

¶ † Ampl.ut judex prohibere possit subditis suis 118
ne coram alio in sui præjudicium litigent,& si contra fiat revocabitur per modum attentati Jo.Fab.*in l.*1.*ante fin.C.de offic.præf.urb.per tex.in c.transmissa de electio.* sic etiam judex ecclesiasticus mandare potest seculari ne se intromittat de causis ecclesiasti-

cis

cis Bal. *in proœmio decret. concl.* 2. licet hoc ultimum non servari in Francia dicat Boer. *dec.* 114.

119 ¶ † Ampl. ut innovata per tertium una cum litigante etiam per judicem delegatum sint ante omnia revocanda. *Rot.* 2. *Bisig. de appell.*

120 ¶ † Ampl. ut licet latæ sint tres sententiæ vel una & res sit judicata, vel causa deserta, nihilominus quousque non sit facta executio si per non possessorum accipiatur possessio dicatur innovari, ut patet per Gomes. *de annali q:* 44. ubi dicit in fine, quod secus in possessore.

121 ¶ † Ampl. ut processus per judicem à quo est appellatum ante sententiam post inhibitionem judicis ad quem non solum est revocandus per modum attentati, immo est ipso jure nullus, quia inhibitio judicis suspendit jurisdictionē judicis à quo, ut in *cap. non solum. de appell. li.* 6. & per Ægid. *concl.* 623. *processus.*

122 ¶ † Ampl. ut pendentia litis super inobservantia contractus, & perjurio ex *l. si quis major. C. de transact.* faciat pendentiam litis super fructibus interesseve pretii non soluti, quia est causa connexa. Jas. *in l. pen. de transact.*

123 ¶ † Ampl. ut si pendente inquisitione contra Titium Canonicum Sanctæ Mariæ Jo. admittatur ad hujusmodi inquisitionem prosequendam tanquam ille cujus interest, licet plus non fecerit, nec de interesse suo docuerit, tamen per hoc inducitur quædam litis pendentia adeo, quod si lata sententia ex officio etiam Joanne non instante contra Titium, per quam privatur Titius suo canonicatu, & appellato ab eo quidam expectativus ad præbendas illam præbendam, at sic vacantem

acce-

acceptavit, & non obtinuit provideri, & se in possessionem induci provisio, & possessio debent, ut attentata revocari, quia licet antequam Joannes admitteretur non faceret partem, quamquam sententiam sibi præjudicaret, tamen postquam jus vult eum posse admitti ratione interesse si admittitur partem facit. Ut hæc per Ægid. *concl.* 545. *si pendente* † ubi quoque dicit quod citatio legitimè 124
executa facit quod clem. 2. ut lit. pend. habeat locum etiam in actore etiam ante executionem citationis factam contra reum, ut palatium tenet.

¶ † Ampl. ut lis quæ principaliter suspendit dis- 125
ponendum suspendat etiam accessorium. vide Bal. *in l. cum alias. col. fi. C. de jud. de lib.*

¶ † Ampl. ut per Ægid *concl.* 506 *concl.* quod que- 126
stione ubi dicit quod quæstione spoliationis beneficii mota incidenter per modum attentati, & lata una sententia super attentatis pro suspensione petitorii reus spoliator propè secundam confirmationem impetret, ut præmissis non obstantibus procedendum foret super petitorio in possessorio simul potest prius nihilominus possessorium expediri, si de eo prius constet, quia hoc nõ tollit comissio, sed solum tollit privilegiũ possessorii, quod habet quòd in petitorio procedi non possit. Item iterum *concl.* 507. conclusio quod in casu proximè dicto fuerunt latæ tres interlocutoriæ conformes super hujusmodi attentatis pro spoliato, non debet post illas tres sententias conformes sic latas amplius procedi super petitorio quousque illæ sententiæ quoad restitutionem possessionis ac fructuum ac expensarum fuerint executioni mandatæ, quia venit ad eum casum à quo non incepisset ante suum com-

completum esse, licet Ægid. ibi quibusdam rationibus contra differere conetur.

127 ℣ † Ampl. maxime in nunciatione novi operis in qua veniunt revocanda attentata, vel aliter non facta justificatione, ut per *Ab. in c.* 1. *de ope. no. nun.*

128 ℣ † Ampl. ut si fuerit concessa moratoria, vel quinquennalis, vel aliter concessa dilatio, & interim durante dilatione deventum sit ad executionem id revocari debeat, ut attentatum, ut scribitur per Boer. *dec.* 296. princeps, ut quando in contumaciã fuerunt relaxatæ executoriales, & fuit facta citatio cũ inhibitione ad videndũ dictas revocari, & fuit in novatum, sive processum ad executionẽ.

129 ℣ † Ampl. ut attentata tempore feriarum tempore feriarum possint expediri præsertim, si concernant solam possessionem, quia ut eo tempore attentat, sic revocatur.

130 ℣ † Ampl. ut pendente termino ad dandum apostolos à jure, vel ab homine præfixo interim nihil sit innovandum, & ideo nec relevanda appellatio, nec commissio, nec procedendum coram judice ad quem nisi parte non apparente, ut per Boer. *decis.* 256. dico, & ibi tangit quid si secuta sit inhibitio Item quid si judex à quo nihil dixit.

131 ℣ † Ampl. ut delegatus per commissionem compescendi contradictores contra tertios impedientes litigantes habeat iurisdictionem. Staphil. *de effect. clauſ. ver. competenti.*

132 ℣ † Ampl. ut stante statuto quod à pronuncia de compromittendo non possit appellari, recurri, querelari, supplicari, peti, restitui in integrum, vel aliud dici, obiici, vel opponi, si petitum fuerit compromissum super causa, de qua coram alio lis pendebat;

debat, talis de compromisso pronuncia revocabitur per viam attentati, quia talis actio non fuit prohibita, & pendente lite coram alio tale compromissum fieri non oportebat. *l. ubi ceptum. ff. de jud.* præsertim si statuto permitteretur exceptio litis pendentiæ, quæ allegata non fuit inspecta per judicem. Plane si dominus agit contra colonum suum regulariter sequestratio est prohibita, ut per Bal. *in l. litibus. col. fin. C. de agric. & cens.*

¶ † Ampl. ut pendente lite inter duos super aliquo officio neuter ipsorum officium prædictum exercere debeat si aliquis eorum jam exercere ante oppositionem, vel appellationem alterius non incoasset, & nisi aliquis impetrasset per mortem possessoris, vel per resignationem possessoris, ut per Boer. *dec.* 150. præsuppono ubi limitat quod proferatur obtinens per resignationem adeptus possessionem obtinenti per mortem. 133

¶ † Ampl. ut revocatio attentatorum fieri possit usque ad conclusionem in causa, ut per Affli. *decis.* 352, quidam cum iis, quæ allegavimus supra. 134

¶ † Ampl. ut nec per rescriptum principis liceat innovare *l. fi. si. per vim, vel alio modo.* 135

¶ † Ampl. in casu, de quo per Ægid. *concluſ.* 217. *exceptio*, ubi inquit, quod exceptio falsitatis instrumenti appellationis, vel nullitatis appellationis ejusdem contra petentem revocari attentata appellationum prodest, non obstantibus tribus sententiis latis super restitutione ad prosequendum appellationem in virtute, cujus petuntur revocari attentata, quia de his non fuit quæsitum in causa restitutionis, sed solùm de negligentia, vel impedimen- 136

137 dimentis illius, qui prosequi habebat, & quia † prosecutio fieri potest etiam de appellatione nulla, vel frivola. Tamen subdit Petrus, quod licet sententia ex falsa causa sit, & non sit nulla procedit in definitiva non in interlocutoria, & quod talis sibi videbatur interlocutoria. Item quia restitutus in casu præmisso potest petere revocationem attentatorum ante appellationem infra decem dies, hæc ille.

138 ℣ † Ampl. ut si stante compromissione determinandis quibusdam viis, pars petat copiam literarum, & cum esset sibi denegata, iter arripiat ad superiorem, & interim ii ad quos literæ commissionis fuerant directę terminent, impetrata post commissio super jactationibus molestationibus, & inhibitum, illud innovatum post iter arreptum sit revocatum.

139 ℣ † Ampl. ut cum à gravaminibus pluribus appellatur tot censentur appellationes quot gravamina, unde si in uno reponatur in alio non, non sufficit. Item si judex super appellatione etiam frivola requisitus non decernat apostolos reverentiales, vel refutatorios, quicquid postea geritur nulliter agit, ut per Ægid. *concl.* 151. *si à tribus*. Et ibi subdit, †

140 quòd appellanti post repositionem persistenti in sua appellatione nihilominus sunt concedendi apostoli, & verba illa admittimus, si & in quantum habebunt vim concessionis apostolorum, ut processus sit loco apostolorum.

141 ℣ † Ampl. ut si facta sit condemnatio expensarum, & appellatum usq; ad tertiam sententiam expensæ taxare non possint alias fit revocatio per viam attentati. *Rot.* 46. *rejud. ant.*

℣ † Ampl.

¶ † Ampl. vt si possessio beneficij tempore motæ 142
liti, sit vacua, & pendente lite per alium litigantiũ
occupetur dicatur innouatum, & veniat reuocan-
dum per viam attentati, vt si pendente lite impetre-
tur rescriptum, quoniam quicquid innouatur per
quod fit deterior conditio litigantis dicitur inno-
uari, & deterius litigatur contra possessorem, vt late
per Ægid. *decis.* 102. *si possessio.*

¶ † Ampl. vt in causa prophana præfixo termino 143
per judicem à quo est appellatum ad prosequendũ
appellationem ante terminum fieri non possint ci-
tationes per contradictas, nec alias actus exerceri,
Rot. 18. *nota quod vbi alias.* 200. *appell. ant.*

¶ † Ampl. vt licet omissio condemnationis ex- 144
pensarum in possessorio non possit reparari in peti-
torio, tamen secus est si possessorium veniat tractã-
dum per viam attentati, quia cum id sit quod emer-
gat postea poterit separari in sententia definitiua ad
negotium principale, vt late per Ægid. *decis.* 72. *la-
ta sententia.*

¶ † Ampl. vt agenti super attentatis fatalia non 145
currant ad prosequẽdam, & finiendam appellatio-
nem, immo illud tempus faciendæ executionis post
sententias latas super attentatis est de fatalibus sub-
ducendum an culpa aduersarij attentantis hoc cõ-
tingit, & non attentatur appellans ad prosequen-
dum negotium principale, & attentatorum. *Rot.*
79. *alias.* 448. *appell. ant.*

¶ † Ampl. vt sententia lata post appellationem 146
interposita non possit confirmari per judicem, cui
commissum fuerit negotium principale, vt per Æ-
gid. *concl.* 53. *si appellatio.*

¶ † Ampl. vt illi qui petit attentatum lite pendẽ- 147

te reuocari sufficiat probare innouatum, licet non probet de possessione nisi ille contra quem petuntur reuocari attentata de iure communi, & ex causa probabili, verisimili probetur possidere. *Rota* 10. *alias*. 89. *de appell. antiq.*

148 ¶ † Ampl. vt reseruatio non afficiat ita possessionem, vt agenti hoc remedio non sit restituendus licet in interdicto secus sit, vt per *Rot.* 11. *si aliquis alias* 56. *de caus. poss. & prop. antiq.* de quo alias.

149 ¶ † Ampl. vt licet spoliatus habens contra se præsumptionem non sit restituendus, tamen fallat in remedio attentatorum nisi in causis beneficialibus in quibus præsumptio juris impedit restitutionem, vt per. *Rip. in* 8. *nihil commune. n.* 79. *de acq. pos.*

150 ¶ † Ampl. vt si appellans lite pendente, spoliauit aduersariũ dicatur renunciasse suæ appellationi *sec. gloss. in d. cap. non solum. de appellat. lib.* 6. *Bald. in l. præscriptione. col.* 10. C. *si cont. ius vel vtil. publ.* Quia actus contrarius liti inducit destitutionem litis. Item quia propria authoritate sibi dicendo ius videtur spreuisse judicem vnde ab eo mentio repellitur, vt per *Bal. ibi.*

151 ¶ † Ampl. vt vbi ab aliquo articulo appellatur à delegato in omnibus alijs videtur exemptus appellans à jurisdictione delegati. Secus verò est in ordinario, vt per *Rot.* 15. *nota. quod vbi aliàs* 163. *de appell. ant.*

152 ¶ † Ampl. vt stante propositione petitorij si post attentetur procedi possit super vtroque, vt super altero ad arbitrium illius, in cujus præjudicium fuerit attentatum; & ita intelligantur not. per Ias. post alios, vbi de prædictis *in l. naturaliter.* §. *nihil commune, nu.* 131. *ff. de acq. poss.*

¶ † Ampl.

¶ † Ampl. vt pendente lite super priuatione be- 153
neficij, ob aliquod crimen possit ille, qui venit priuandus tale beneficium renunciare, vt *not. gloss. in c. 2. vt lit. pend. lib. 6.* Dominic. *cons.* 105. *col.* 2. vt tamen hoc facere petent ex causa permutationis. Staphil. *de var. mod. vac. col.* 2.

¶ † Ampl. vt lis pendere quo ad actorem dicatur 154
præsentatio rescripto & decreta citatione licet non executa, vt per *Rot.* 4. *nota. vtrum aliàs* 426. *vt lit. pen. antiq. & scripsi alias.*

¶ † Ampl. vt post appellationem ante dationem 155
apostolorum, & magis post per judicem à quo recipi non possint testes abfuturi. *Rot.* 17. *appellat. ant.* Ampl. vt collatio impetrata ad instantiam litigantis per tertium sit reuocanda. Bisig. 12. *de appell.*

¶ † Ampl. vt appellans absente judice non exi- 156
matur ab illius jurisdictione, vt per *Rot.* 13. *nota, quod appellans alias* 136. *de appell. ant.*

¶ † Ampl. in casu notabili, de quo per *Rot.* 13. *quod* 157
si constat aliàs 348. *de resti. spoliat. ant. & decis.* 14. Sed pone retento aliàs. 423. *eo tit.* hoc est quod licet si constet de non iure petentis reuocationem attentati spolij super beneficio, non sit facienda reuocatio per judicem, tamen si casus eueniat quod secundus, qui fuerat in possessionem inductus post prouisionem sibi factam fuit spoliatus per primum, sed agit contra eum petitorio, & possessorio simul cum constet de non iure primi ex primo judicio si post constet de non jure petentis reuocari attentata, nihilominus est facienda restitutio non obstante quod potior sit conditio possidentis. Item quod petitorio, & possessorio sit actum, quia in petitorio fit absolutio, quia si secundus non fuisset spolia-

tus certè obtinuisset vnde interest sua reintegrari,
158 & facit,† quia paria delicta mutua compensatione tolluntur, sed hæc non tollunt quod non debet dari vitiosus ingressus, vnde prædicta procedunt quo ad partem, non quo ad iudicem, qui ex officio posset ab vtroq; auferre possessionem vni propter delictum, & contemptum lite pendente alteri non restituere propter non suum jus.

159 ¶ † Ampl. vt si pendente termino ad dandum apostolos impetretur, & post reuocetur grauamen impetratio non valeat. *Rot. 54. nota quòd quando de appell. aut alias. 74.*

160 ¶ † Ampl. vt si reus lite pendente beneficium litigiosum permutauerit deinde mortuus sit contra superstitem reuocari possit per modum attentati eo tamen citato, vt per *Rot. 3. nota si lite pendente alias. 400. vt lit. pend. antiq.* Idem si alio modo fuit alienatum. Item si mortuo reo fiat surrogatio, surrogatus ne dare quidem obiectus potest adeptus possessionem, sed omnia reuocantur per viam attentati, vt latiss. *per Rot. 5. vt lit. pend. antiq.* licet ex ibi dictis secus, si sit ipse surrogatus ante litem inchoatam habuisset possessionem, vt per *Rot.* ibi.

161 ¶ † Ampl. in materia *c. si ibi contra quos, vt lit. pend. in 6.* hoc est si mortuo reo alius ei surrogetur qui occupet possessionem, & actor post obtêtis executorialibus, vel aliter, tali surrogato non citato accipiat possessionem, surrogatus nõ iure petit reuocari attentata, sed bene per modum excipiendi qui obtinuit executionem potest, quia lite pendente talis surrogatio facta fuit, vt late per *Rot. 17. nunquid si mortuo alias. 429. restit. spolia. antiq.* vt per modum exceptionis proponantur attentata, sed hæc, vt dixi

pro-

procedunt in ijs terminis, namque, vt alias dixi, vltimum spolium semper est purgandum.

¶ † Ampliatur, vt attétata per actorem post præ- 162
sentatam commissionem, & literas siue citationem commissam, sed non expeditam sunt reuocanda *not.* 1. *de appell.* per Bisig. *& quid in reo puto me alias scripsisse.*

¶ † Ampl. in casu de quo per *Rot.* 1. *primus de re-* 163
stitu. spol. Bisig. ubi si primus in data obtinuit unam sententiam contra secundum in data reum, & possessorem à qua secundus appellauit, & in causa appellationis secundus in data prætendens prætextu cuiusdam reseruationis primum excluſum, & se de nouo obtinuisse mandatum à Papa quod sibi in vim illius reseruationis prouideretur non obstante litis pendentia si non foret alteri esset ius quæsitum obtinuit sententiam pro se, & per auditorem causæ appellationis obtinuit sibi prouideri. Item post primus in data obtinuit commissionem super desertione appellationis à prima in suum fauorem. Item super nullitate secundæ in fauorem secundi in data, & virtute cuiusdam executoriæ est, immissus in possessionem spoliando secundum, qui petit se restitui, vt spoliatum lite pendente per viam attentati, & primus excipit quod procedi debeat prius super desertione, & nullitate, & plerique tenuerunt quod iste petens se, vt supra restitui bene dicat præsertim, quia in hoc remedio nō quærimus an agens possideret, sed de statu causæ in quo erat tempore quo fuit innouatum, & vide ibi late de materia.

¶ † Ampl. ut successor in beneficio recipiatur in 164

eodem statu litis in quo author, vel prædefunctus erat. *Rot. 1. vt lit. pend. ant. alias. 3.* vbi tangit quid in filio succedente patri remissiuè.

165 ¶ † Ampl. vt iudex ex proprio motu parte non instante, quia ipse fuit contemptus revocare possit attentata, vt per *Rot. 5. nunquid reo aliàs. 433. vt lit. pend. antiq.* & hoc non solum ante conclusionem in causa, sed etiam post Rom. *col. 14. & add. Rot. 6. sub tit. præd. aliàs. 518.*

166 ¶ † Ampl. vt & contra tertium succedentem in attentatis detur hoc remedium, vt per Dec. *in c. bonæ, col. 1. de appell.*

167 ¶ † Ampl. vt arripiens iter ad superiorem haberetur pro appellato, si non ex alia causa fiat. Dec. *per tex. in c. dilecti. de appell.* requiritur tamen causæ expressio & petitio apostolorum, vt ibi idem declarat, qui tenet, quod etiam coram iudice appellatum, non solùm, qui per querelam potest adiri expediatur.

168 ¶ † Ampl. vt licet facta impetratione supplicationis cum potestate procedendi literis nõ expeditis, & rescripto dummodo non fiat litigiosum ante expeditionem quoad reum conuentum non inducatur litis pendentia, etiam quoad regulam de surrogandis: tamen quoad impetrantem efficitur negotium litigiosum præsertim quoad tria, quia si actor moreretur ante expeditionem, dũmodo post decretam citationem contra reum possessorem certè haberet locum regula de surrogandis in fauorem possessoris. arg. not. per Ægid. *concl. 380. si faciens committi.* Item quia talis actor si impetret aliquod rescriptum pro confirmatione suorum iurium, & non facit mentionem de lite dicitur attentari,

tari,& actori nullum commodum afferant *c. causam quæ de testibus.* Item actor prædictus ius suum alteri cedere non potest, vt de his late per Staphil. *de commiss. lit. in. fol.* 108.

169 ¶ † Ampl. vt spolians lite pendente sit magis odibilis quam alius spoliator:& ideo omnes ampliatione, quæ dantur ad regu. can. reintegrandæ procedunt in attentis, vt per Rip. *in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 67. de acq. poss.* vnde facta nulliter executione, licet incontinenti per sententias constet de dominio procedit reintegrandæ & attentatum. Alex. *ibi nu. 16.*

170 ¶ † Ampl. vt licet stante appellatione ab interlocutoria ante inhibitionem non dicatur attentari, tamen si inhibitio emanauerit canonicè, id est causa cognita an sit appellatum, an appellatio sit friuola, tunc judex à quo procedere non potest. Item vel si non sit inhibitum judex tamen admisit appellationem, quod procedit etiam si appellatio admissa sit si & in quantum, vt hæc latissime prosequitur Marant. *6. P. de ord. iud. in tit. de appel.* vbi tangit an judex teneatur deferre. Item dicerem si adiecta essent verba si & in quantum, & non aliter, nec alio modo, faciunt, quæ no. Benin. *decis.* 1.

171 ¶ † Ampliatur, vt lite pendente super rescissione, siue annullatione contractus vsuræ ex eo interim peti non possint judicio ordinario, secus vero si instrumentum esset juratum, vel aliter haberet executionem paratam, vt de his per Saly. *in rubr. de vsu. C. & alias tetigimus in materia.*

172 ¶ † Ampl. vt regula de non tollendo jure quæsito etiam ad rem procedat stante litis pendentia, vt per Ægid. *cons.* 24. *dub.* 7. Et per Gomes. *de non tollen.*

173 *in.q.pag.mihi* 29. *& pag.* 34. dicit quod † beneficiatus lite pendente super priuatione non potest permutare, vt ibi in nono modo,& *allegat.* Dominic. *cons.*105.*& in sec.q.* ad eandem regulam facit in eo quod tenet d.regulam solum procedere in comissionibus impetratis ad lites, de quo ibi late per eũ.

174 Et in 3.*q.* ad eandem regulam putat quod rescriptũ etiam ad lites faciens præiudicium incidenter, si tamen tunc præiudicium non extabat, quod tale rescriptum non impediatur quod est mirandum: & i-

175 terum *q.*6. sub eadem regula *videtur tenere*, † quòd rescriptum *concessum derogatorio* reuocari *non possit lite pendente licet prius qualis inchoetur*, se-

176 cus sit. Et in *q.*7. tenet † quod licet mandat, & rescriptum extinctiuum liti, vt per auocationem, & commissorium alteri non impediatur per regulam, tamen secus est in omnino extinctiuo, quod procedit etiam in gratia motu proprio, vt ibi, *& q.*8. licet in reseruatione beneficij in fauorem tertij colligantis non procedat, vt reseruatio impediatur regula, vel dicatur attentari.

177 ¶ † Ampl. vt libellus generalis & incertus procedat in causa attentatorum secundum Innocen. & Abb. in c. consuluit. 2. de appell. *Rip. in l. edita. nu.* 24. *C. de edendo.* hunc forsitan iustificatur practica reuocandi attentata in genere, & assignandi terminum ad docendum in specie.

178 ¶ † Ampl. vt innouata etiam per tertium si impediant jurisdictionem judicis sint reuocanda secundum unum intellectum, de quo per *Doct.* 12. *c. cum teneamur, de appell. vbi Dec. in fi.*

179 ¶ † Ampl. vt Rota introduxerit capientem possessionem sine præambula intimatione executoria-

lium

lium dici quodammodo attentare, quod possessio reuocetur in pristinum statum, de quo Felyn. *in ca. ad probandum, colum. 4. de re iudi.* pro qua opinione Gomes. *in d. reg. de subrogandis allegat. Rot. 101. nota, quod vbi aliquis in ant. & decis. 23. in no. & c. si beneficia. de præbend. lib. 6.* licet multa alia in contrarium alleget. Et in hanc sententiam adducendasunt, quæ latissimè scribit idem Gomes. *in reg. de annali. quæst. 44.* † quod per sententiam, quæ transiuit 180
in rem iudicatam lis non dicitur finita propter reliquias, vt in casu quo competit restitutio in integrum, etiam ad effectum regulæ de subrogandis scribit idem Gomes. *in reg. de subrog. q. 14.* idem si iudicis authoritate parte non citata. Crauet. *consil. 302.* licet in can. reintegrandæ Decius dicat, quod obstat res iudicata in *cons. 185.* sed dicas nisi ex defectu citationis: idem si esset tertius possessor, vt per *Capi. decis. 191.*

¶ † Ampl. *vt c. 1. vt lit. pend. lib. 6.* procedat non 181
solùm in jure in re, sed in jure ad rem: & ita regula de subrogandis ibi juris, siue ad jus per Gomes. *intelligitur ibi q. 6.*

¶ † Ampl. vt attentata causentur, & lis dicatur 182
pendere ubicunque sententia in uno judicio, parit exceptionem rei iudicatæ in alio, & de materia facit, quòd scribit Bar. *in l. fundum. ff. de except. rei iudi. in l. & an eadem, eo. tit. & in l. naturalem. §. nihil. de acqui. poss.*

¶ † Ampl. vt si expectatiuam aliquis habens ac- 183
ceptet beneficium per obitum unius ex litigantibus in præiudicium alterius collitigantis supersitis nihil agat tam inspecto *cap. 2. vt lit. pend. libr. 6.* quam regula cancellariæ de subrogandis, namque

licet Ægid. *cons.* 25. acceptationem distinguat, vt prædicta procedant quando expectatiua conceditur iam lite pendente super aliquo beneficio, secus verò si ante litem concessa fuisset talis expectatio, tamen communis opinio est in contrarium quòd talis expectans non possit tale beneficium acceptare in præiudicium superstitis licet talis possit admitti, vt interesse putans ex suo iure non ex jure defuncti, vt latè declarat Gomes. *in reg. de subrog. q. fin.* vbi limitat nisi expectans habeat gratiam ad litigiosa, nisi gratia talis expectatiua sit super certo beneficio super quo postea moueatur lis, & nisi lis mota fuerit in forma iuris hoc est quando ageretur ad privationem sub prætextu homicidij vel alterius criminis vnde veniat pœna priuationis imponẽda, quia si lite pendente moriatur possessor, talis beneficij poterit non obstante litis pendentia per expectatiuum acceptari per *decis. Rot.* 491. *Titus erat. in not.* Et ibidem resoluit illam q. quod expectant qui acceptet beneficium per obitum alicuius collitigantis quando non potest acceptare, & obtineat se subrogari, & ita continuat vigore gratiæ expectatiuæ litem contra alium superstitem super dicto beneficio, & obtineat canonizari subrogationem suam, & postea vigore dictæ gratiæ expectatiuæ acceptet aliud beneficium, & alter excipit de consumptione gratiæ ex quo prius beneficiũ prædictum acceptauerat, & obtinuerat vigore subrogationis, non repellitur tali exceptione, & gratianõ est consumpta, quia non vigore expectatiuæ, quæ in hoc videtur causa accidentalis, & à remotis, sed propter subrogationem, verum licet Dominos, ita concluſisse affirmet casus non potest dici dubitabi-

bilis inspecto effectu, multiplici consecutione,& fraude forsitan committenda.

¶ Item circa prædicta facit quod idem Gomes. *in d.reg.de subrogandis.q.*11.scribit hoc est † quod ad 184
effectum illius regulæ de subrogandis non inducitur litis pendentia per rescriptum nullum vel per commissionem subreptitiam, quia in dubio intelligitur de lite valida, & actu valido, & ita intelligit *tex.in c.*1.*&* 2.*vt lit.pend.libr.*6. *Rot.*75. *nota quod attentata in no.*Felyn.*in c.ex tenore col.*3.*de rescriptis.*

¶ † Item si ego commisi causam contra Titium, 185
& Titius causam committit contra Ioannem superiactationibus,& molestationibus,Ioannes mihi non dicitur collitigans.Præterea si vnus ex duobus correis à me conventis cedit juri,& liti,& alter correus qui licet fuerit à me in commissione nominatus non tamen citatus petat se subrogari,ego potero me petere subrogari, quia illi non sunt collitigantes. Sic si Titius super vno beneficio citat me coram vno auditore,& latius super eodem beneficio citat me coram alio,& Titius cedat,vel decedat ego petam me subrogari non Gaius, quia ij non sunt collitigãtes *arg.Rot.*12.*de rescri.in no.&* 2.*eo.tit. in aut.*& Ægid.*decis.*448. commissa, vt per Gomes. *in d.reg.de subrog.q.*12. vbi respondet, & declarat *decis.*Ægid.96.*licet*. Et subdit quod non sunt collitigantes nulliter litem instituentes, quæ omnia si procedant in attentatis sunt valde notabilia.

¶ † Ampl.vt lite pendente vel appellatione non 186
liceat supplicare principi,vt per *glo*& Ias.*in rub.C.vt lit.pend.* vbi quoque dicit quod nec contra rem judicatam procedit supplicatio, nec priuilegium de

jure

iure causæ impetrare, quinimmo nec causa committi etiam lite non contestata nisi ordinarius requisitus non faciat justitiam, vt per Bar. *in l.* 3.

187 ¶ † Ampl. vt arripere iter ad superiorem habet jure prouocationis, & appellationis, quia plus est facto quã verbis appellare. *c. dilecti. de appell.* de quo per Bar. *in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori col. fi. de oper. no. nunc.* Ias *in d. l. 1. col. 1. C. vt lit. pend. & in l. supplicare* post Bartol. ibi dicit quod procedit etiam stante rescripto motu proprio.

188 ¶ † Ampl. vt sicut omissio, & repetitio circa materiam suspensionis petitorij sæpe, ac sæpius admittitur usque ad conclusionem in causa, ita id procedat causa attentatorum fauore attentatorum.

189 ¶ † Ampl. ut pendente causa super attentatis non currant, fatalia in causa appellationis. *Rot. decis.* 102. Franc. *c. ex ratione col.* 8. *de appell.* nisi causa attentatorum sit commissa in fauorem appellati, vel aliter secundum Dec. *in d. c. ex ratione*, & Gomes. *in reg. de annal. possess. q.* 14. *in fin.*

190 ¶ † Ampl. ut spoliatus, lite pendente non teneatur colorare suam possessionem, etiam in interdictis habentibus annexam causam proprietatis. *Rot.* 19. *in ant.* & contra talem spoliatum non cõstat exceptis alterius spolij, aut excommunicationis. Dec. *cons.* 200. *in casu.* Rip. *in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.* 69. *de acq. possess.*

191 ¶ † Ampl. vt eo ipso quod mouetur is super beneficio censeatur moueri super possessione: licet de ea nihil dicatur, vt per Cald. *cons.* 5. *in tit. de præben.* siue pendente lite super titulo beneficij si fiat translatio possessionis in alium, etiã ex causa permutationis, vel alias committitur attentatum, ut *decis.* 3. *ut lit. pend. in no. & dec.* 3. *in ant.*

Quia

Quia † possessio est pars beneficij, & sapit natu- 192
ram eius, ut probat. Card. Alexa. *in cap. 1. col. 7. num.* 28. 1. *q.* 1. Item commissio super titulo beneficij tantum includit possessionem, ut præstatur in *cap. 5. de seq. poss. & fruct.* & in *cap. pastoralis de caus. possess.*

Quia † petitorium habet in ventre possessorium, 193
c. cum dilectus. de caus. poss. & prop. & ob eam causam voluit Rota quod causa super petitorio tantum, & non super possessorio commissa auditor, & partes vigore prædictæ commissionis petitorium suspendere possunt, & petitorio agere, adeo quod tela super petitorio tenta dicto iudicio possessorio seruiet absque noua obseruatione terminorum, licet contra non procedit. Quia si mouetur lis super possessione non redditur litigiosa proprietas, sed ipsum ius possessionis. Millus in *verb. litigiosæ res.* Franc. *in c. 2. vt lit. pend. lib. 6.* Oldra. *cons. 299.* Calde. *d. cons. 5.*

¶† Ampl. ut etiam post pronuntiam de exequē- 194
do à qua fuerit appellatum ad superiorem licet per statutum prohibita sit appellatio nihil debeat innouare, & innouatum sit reuocandū, ut per Dec. *cons. 97.* ubi in pronuncia Ducis Ferrariæ, & appellatione ad Pontificem.

¶ † Ampl. ut pendente lite coram arbitro nihil 195
debeat innouari. Alexan. *in l. pecuniam. ff. de cond. indeb.* quia arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt. *l. 1. ff. de arbitris.* Ampliatur, ut sicut executio facta post appellationem reuocādi per modum attentati, ita & reuocetur solutio. Corneus *cons. 136. lib. 4.*

¶† Ampl. ut si ordinarius contulerit uni tertio 196
beneficium de quo litigabatur inter duos, quo non

alter

alter mortuus sit hoc dicatur attentari, & multo magis id procedat si ex tali collatione accipiatur possessio propter inhibitionem, & decretum, de quo in *cap.2.de lite pend.lib.16.* quod discolorat, & inficit titulum, & possessionem, & eundem ferè effectum quem reseruatio videtur operari, vt talis possessio reuocari possit per viam attentati, *vt decis. 10.vt lit.pend.no.* Item acceptatio, & prouisio vigore gratiæ expectatiuæ de tali beneficio factæ non valent *decis.12.vt lit.penden.in no.* Item intrusus in beneficio litigioso si spolietur non debet debitus obstante decreto, de quo *in d.c.2.decis.4.de restitu. spoliato.in antiq.Bisig.* Præsertim quia talis possessor non dicitur habere titulum coloratum, vt de his scribit Gomes. *in reg.de triennali.q.41.* vbi dicit, quod secus est quoad regulam, de triennali, quia in eo sufficit sola possessio colorata, & quoad effectu illius regulæ decretum, de quo *in d.c.2.* non ita operatur, & cum id quod supra diximus, expectatiuam concessam non capere beneficia litigiosa adde Bonifa. *in clem.1.col.5.vt lit.pend.* & videtur de hoc *tex. in d.c.2.* cuius decretum in curia clarum, & notorium est, & hoc etiam in expectatiua concessa à papa procedere scribit Gomes. *de triennali q.40.*

197 ¶ † Ampliatur, vt licet oppositum non fuerit de litis pendentia quãdo incipitur à facto, siue ab executione, si de eo judicium ordinarium pendebat reuocari debeat per viam attentati, ecce enim cum lite ordinaria præter emptorem, & venditorem ageretur de euictione, si venditor sub prætextu duple, & guarentigiæ executionem fecerit dicitur attentare; & non est imputandum venditori non excipienti, quia incipitur ab executione, & tales excep-

tio-

ptiones videntur reseruatæ. Ang. *in l. si sic, de leg.* 1. Soc. *cons.* 199. *col. fin. lib.* 2.

¶ † Ampl. quia stante appellatione ab interlocu- 198
toria non prius reuocantur attentata, quam dictũ fuerit de causa appellationis legitima, vt dicit *tex. in c. non solum, de appell. lib.* 6. modo iudex pronuntiauit se iudicem competentem, & processit ad vlteriora, quo facto instatur pro reuocatione attentatorum dicitur quod friuola erat appellatio, excipitur quod non est verum, quia pronunciauit se cõpetentem, & processit ad vlteriora quod non erat faciendum si non fuisset iusta appellatio, vnde videntur reuocanda, sed dicitur per quosdam, quod in tali causa esse debet duplex pronuntia vna se judicem competentem ad videndum an causa sit deuoluta, alia quoad hoc quod causa sit deuoluta, & procedatur ad vlteriora, certè si fiat vnico contextu per processum ad vlteriora videtur pronuntiari appellationem deuolutam.

¶ † Ampl. vt pendente lite super euictione ven- 199
ditor non teneatur subministrare impensas. Bald. *in l. non testamento, C. de manu. testa.*

¶ † Ampl. vt dispositum in sententia definitiua 200
habeat locum in interlocutoria vim definitiuæ habente, vt per Marant. *in pract. de ord. iud.* 6. *part. in tit. de appell. num.* 131. vnde in talibus sententijs interlocutorijs habentibus vim definitiuę prima pars *capituli non solum de appella. in* 6. *obseruabitur*, id est quod manus judicis ligantur statim, & attentata reuocabuntur ante omnia, quæ autem sint istæ interlocutoriæ habentes vim definitiuæ, videper Maran. *in d. c. de appell.* & per Guid. Pap. *decis.* 20. *& seq.* & nos allegauimus ad *rub. ff. de re iudic.*

¶ † Ampl.

201 ¶ † Ampl. vt judex qui præuenit in jurisdictione, vt eccleſiaſticus poſſit poſſidere etiam per excommunicationem impetrantem non obſtante ſtatuto quod is non patiatur. Soc. *conſ.* 238. *li.* 2. *de teſti.*

202 ¶ † Ampliatur vt litigium factum cum procuratore falſo vel nullo cum non ſit litigium non cauſet remedium attentatorum, vt per Ruin. conſ. 8. quia non, lib. 4. vbi dicit, quod in ſecundo reſcripto non eſt facienda mentio de tali litis pendentia, & nō habet locum *c.* 1. *&* 2. *vt lit. pend.* vt ſi ante ratihabitionem fuerit impetratum non imitetur ex ratihabitione ſecuta. quia ratihabitio non trahitur retro in præjudicium tertij ſec. Bartol. *in l. indebitum. ff. rem rat. ha.* quæ omnia faciunt quoad attentata, vt per ratificationem non reconualidetur ad ea reuocanda proceſſus: ſecus vero eſt ſi attentatur ſecuta ratificatione.

203 ¶ † Ampl. vt in cauſa attentatorum procedat libellus incertus, quia habet ſe per modum acceſſorij ad cauſam principalem, vt per Inn. & Abb. *in c. conſuluit. 2. de appell.* Oldra. *conſ.* 206. *Rot.* 305. Rip. *in l. edita n.* 24. *C de edendo.*

204 ¶ † Ampliatur, vt habens poteſtatem proſequendi ſiue conſequendi ius ſuum de facto, & propria authoritate, vt in expellendo colonum propter nō obſeruantiam, vel non ſolutionem, vel in apprehēdendo poſſeſſionem propria authoritate ſi judicem prius adiuerit quam vtatur propria authoritate at-
205 tentet, & malefaciat. Quia † viam quam elegiſti tibi illa pateat, & quia non pars illud, modo apud judicem modo de facto, vt hæc latiſſime deducit Rui. *conſ.* 57. *lib.* 4. Vbi limitat niſi quando adeatur judex fiat proteſtatio quod remaneat ſaluum jus propria

au-

authoritate procedendi. Verum est quod *consil.* 58. *lib.* 2. dicit † quod ille in cuius absentia possessio 206
sua fuerit occupata non ex hoc dicitur suspicatus se posse repelli quod iudicem adiuerit. Et tangit in *d. cons.* 57. quod si pars aduersa impugnauerit litis pendentiam, quia ex aduerso interueniens non habet mandatum; tamen quia super hoc non interuenit sententia, & fieri posset quod in hac impugnatione is succumberet, potest se fundare ex eo quod visus est impugnare, ut ibi per eum.

¶ † Ampl. ut si quis coram aliquo iudice propo- 207
suerit possessorium pendente lite super possessorio non possit super petitorio adire alium iudicem licet ordinarium; quia pendente tali lite causæ non sunt distinguendæ, attento etiam quod sint qui idem dicant post finitam litem in possessorio, ut per Soc. *cons.* 38. *col. antep. lib.* 1.

¶ † Ampliatur, ut si contra aliquem inquiri ce- 208
perit in loco delicti quæ comparuerit: deinde ex eodem delicto in loco domicilij agitetur possit ratione litis pendentiæ coram primo, & si procedatur ad ulteriora instare pro reuocatione attentatorum ad quod si aliter forsitan deueniri non posset per represalias forsitan procederetur faciunt notata per Bartol. *in l. sepulchri. ff. de sepulch. viol.* Rui. *consil.* 84. *lib.* 4. quæ trahi possunt ad materiam cuiuscunque præuentionis, & ex Bartol. *in d. l.* sepulchri nota quod contumax non potest allegare litis pendentiam.

¶ † Ampliatur, vt attentatum dicatur post appel- 209
lationem, vel liti pendentiam etiam quod adessent literæ, vel commissiones à superiori principe quod non obstante appellatione, litis pendentia, vel in-

hibitione quis reponeretur ad suam possessionem, quando scilicet non cõstat de mẽte principis quod is voluerit derogare iuri partis lite appellationis, vel inhibitioni. Rui. *cons.* 76. *li.* 5. videtur hoc sentire, & in dubio forsitan præsumemus, quia princeps noluerit delegare iuri partium.

210 ¶ † Ampliatur, vt attentans ad fructus teneatur ita & taliter quod proprijs impensis fructus teneatur deferre ad domum illius contra quem fuerit attentatum secundum Bald. *in cap. bonæ de appellat.* & quousque hoc non fuerit factum integraliter fatalia non curtant, & tanti temporis sit deducendum à die, scilicet propositionis causæ attentatorum, vt in expensis, vt late per Rui. *consil.* 75. *lib.* 5. vbi tangit quod hæc nõ procedunt in tertio attentante, vt sicut in vna causa attentatorum causa non impedit sit inter alias personas etiam habentes à longe interesse, vt si forsitan sit inter emptorem & venditorem.

211 ¶ † Ampl. vt petens reuocari attentata coram judice à quo non dicatur renuntiasse appellatione si facit per modum informationis, sed & si, vt coram iudice secundum aliquos cum talis casus non contradicat appellationi. Dec. *in c. cum teneamur col.* 1. *de appellat.* attentata enim regulariter reuocantur per judicem, ad quem lite tamen pendente attentata reuocari possunt per judicem à quo, vt per Dec. *in d. c cum teneamur*, verum est quòd videtur quòd ratione appellationis bonis causa deuoluta fuerit ad iudicem ad quem.

212 ¶ † Ampl. vt lite mota super canone reintegrandæ contra executionem nulliter factam aduersarius non possit petere se confirmari de nouo, quia lite pen-

pendente nihil est innouandum, vt Rui. *consil.* 101. *col. pen. lib. 5.* vbi sentit quod confirmatio tenutæ secundum *Doctores in l. si finita. ff. de damno infec.* non impedit restitutionē ex canone reintegrandæ quod & voluisse videtur Socin. *in l. iuste possidet, ff. de acq. posses.* sed circa hoc distinguitur aut. constat in continenti aut non, vt memini alias me dixisse in quibusdam meis allegationibus.

213 ¶ † Ampl. vt causa attentatorum adhuc duret si ex causa paupertatis, vel alia ipso iure post biennium instantia sit prorogata, vt non deserta, idem in similibus. Secus vero causa deserta, vel non prorogata instantia ipso iure, vt per Dec. *cons.* 436. *col. fin.* tunc enim procedit quod diximus *de restitu. in integr.*

214 ¶ † Ampl. vt & ad causam attentatorum pertinere dicatur, si quando agitur querela contra hæredem scriptum, vel bonorum possessione contra tabulas, vt interim à creditoribus hæreditarijs is conueniri non possit qui scriptus est hæres. *l. 2. ff. de except. rei iudi.* de quo per Alex. *in l. cum hæredes. ff. ad Trebell.* vbi limitat nisi actio esset tempore peritura; quia tunc sufficeret per litis contestationem litem suscipi. Item in casu in quo restituenda est hæreditas, quia grauatus paratus est incontinenti restituere, vt interim non conueniatur nisi tempore actio esset peritura, de quo vide per Alex. *in d. l. cum hæredes.* Item generalius quando impugnatur testamentum ex causa prætensionis an agi possit ex fideicommisso scribit Bar. Ang. & Alex. *in l. ita tamen §. quoties. ff. ad Trebelia.*

215 ¶ † Ampliatur, vt si bannitus petierit se rebannitipendente lite super rebannitione interim offen-

di non possit, ut per Alex. *in l. mulier. §. non est dubitandum. ff. ad senatusconsul. trebellia.*

216 ¶ † Ampl. ut nullitas proponi possit cum remedio attentatorum, & per Innocen. *in cap. dilecto. de appellat.* Bald. *in l. edita. col. 15. C. de eden. Rot. 145. quod intentans.* Vant. *de nullit. quot. & quibus mod. pag. 75.*

217 ¶ † Ampl. ut proposita causa recusationis expressa causa, & non expressa in terris ecclesiæ, & sumptis arbitris præsertim) dicatur innouari per iudicem recusatum, ut tamen id sit reuocandum, ita de manu si per arbitros declaratum fuerit esse bonas causas recusationis, ut per Alex. *in l. quia poterat. col. 2. ff. ad trebellia.* de causis autem recusationis, & recusatione, Ias. *in l. rem non nouam. C. de iudiciis*, Rui. *cons. 6. lib. 4.* Cap. *decis. 46. & decis. 137.* Abb. *cons. 92.* Cæpol. *caut. 103.* Boer. *in recusatione notarij dec. 238.* Rot. 38. *de conces. præben. & decis. 5. de dol. & contu. in antiq.*

218 ¶ † Ampl. ut pendente appellatione unusquisq; manuteneri possit in sua possessione quam habet etiam contra ius, ut si appellans spoliauerit dicatur renunciasse suæ appellationi, ut per Dec. *in c. cum teneamur de appell.*

219 ¶ † Ampl. ut attentata non reuocentur, in appellatione ab uno articulo ex connexis cum alijs, à quibus non potest appellari. Abb. *c. secundo requiris de appella.* Ang. *in l. fin. §. iustus de appella.* dicit, quod ubi non potest appellari à definitiua, nec ab interlocutoria præcedenti, nec potest à quolibet incidenti, vel accessorio, & consequenter non reuocantur attentata, ut hæc refert Manfred. *cons. 225.*

Re-

Regula, quam supra in præcedenti capitulo ampliauit auctor circa reuocationem attentatorum, multis modis in præsenti capitulo limitatur, vt videre poteris.

SVMMARIVM.

1 Limi. primo quod non procedat in iu casibus, in quibus appellatio prohibetur, ratio ibi.
10 Limi. de consuetudine in sententia de torquendo. ibi.
13 Limi. ut quando sit nulliter appellatum, etiam quod sit inhibitum, & post innouatum, non fit reuocatio ibi.
14 Lim. vt iuramentum in litem non possit reuocari per viam attentati. ratio ibi.
15 Limi. in appellatione extraiudiciali iudici, partiq; non intimata; quia non reuocantur attentata.
21 Limi. in causis cri. in confessio, vel conuicto testibus.
22 Limi. ut duobus filiis, vel vasallis contendentibus de possessione, vt in casu ibi proposito.
23 Limi. quotiescunq; esset appellatum, & post attentatum.
24 Limi. his casibus, in quibus sententia trahit se non executionem, & vt ibi.
26 Limi. vt facta contra suspectum de fuga, non reuocentur.
30 Limi. vt attenta contra illum, qui appellauit. statum debeant petireuocari.
32 Limi. quando pro innouatione. de iure communi, ex causa verisimili præsumitur possessio, ut ibi.
33 Limi. generaliter, vt vbicunq; attentatum sit licitum, non reuocetur.
34 Limi. vt procedat in attentatis post appellationem in causa principali, vel in aliquo articulo, qui habeat connexitatem cum ea.
36 Limi. in casu, in quo appellans, contra quem extitit appellatū, petijt reuocari attentata.
37 Lim. vt in favorem illius, qui appellauit bene innovari possit.
38 Limi. vt ibi appellatio, non habet effectum suspensiuum. ibi attentata non reuocantur.
39 Limi. vt attentata non reuocentur, nisi præcedente causæ cognitione.

40 *Limi. in omnibus casibus, in quibus non fuerit in dicta litis pendentia.*

41 *Lim. in causa, in qua suspenso petitorio proceditur in possessorio, vel contra.*

42 *Limi. in casu, in quo judex procedit pendente termino ad dandum apostolos.*

43 *Limi. quando non fit appellatum per habentem potestatem appellandi.*

44 *Limi. vt quo ad reuocationem attentatorum post appellationem interpositam à definitiua non sufficit probare per confessionẽ appellata, fuisse appellatum, nisi probetur, vt ibi.*

46 *Limi. in causis matrimonialibus, quia fauore animarum non reuocantur.*

47 *Limi. in ficto contumace.*

50 *Limi. vt attentata contra condemnatum de crimine, non reuocentur.*

51 *Lim. in casu, in quo appellatum fuerat ante tertiam definitiuã ab aliquo grauamine, etiam vero & justo.*

52 *Limi, vt contra conuentum personali non attentetur.*

53 *Limi. vt quotiescunque non interfit petentis reuocari attentata, is non audiatur.*

54 *Lim. vt non reuocentur attentata quando difficilis est reuocatio attentati fauore pij loci.*

55 *Limi. in rescripto impetrato lite pendente.*

56 *Limi. vt attentata non reuocentur post appellationem à sententia super notorio crimine.*

57 *Limi. contra administratorem loci pij qui non obstante appellatione, cogitur ad reddendam administrationem.*

58 *Lim. quando causa committitur sub onere conscientiæ.*

59 *Limi. in monacho habente administrationem, vt ibi.*

60 *Limi. in friuolis appellationibus.*

61 *Limi. in exceptione rei judicatæ.*

62 *Limi. vt attentata deducta per viam exceptionis, non possint impedire executionem trium conformium.*

63 *Limi. in casu notato per Rot. 10. si pro spoliato, alias 417. de cau. poss. & proprie. 5. not.*

64 *Limi. vt in notoriis non reuocentur attentata.*

65 *Limi. vt omnia, quæ fieri poterant lite pendente, in prima causa, non dicantur attentata si fiant in sequentibus instantiis.*

66 *Li-*

66 Limi. vt spoliatus, qui lite pendente, possessionem recuperauit, per viam attentati non restituatur.

67 Limi. quod spoliatus ante omnia est restituendus, vt in casu ibi proposito.

68 Limi. vt refirmari possit beneficium ab accusato, vsque ad conclusionem in causa.

69 Limi. vt attentata lite pendente non debeant reuocari, quoties appellatio fuerit deserta.

73 Limit. vt si appellans spoliatus, post restitutionem, & reuocationem attentatorum, fecerit dilationem super fructibus, & ut ibi.

74 Limi. quando constat notorie de non jure petentis reuocari attentata.

76 Limi. in sententia lata in syndicatu, quæ, non suspenditur per appellationem.

77 Limi. in casu, in quo constaret de nullitate processus.

78 Idem, si constaret de nullitate appellationis.

79 Idem si constaret de nullitate inhibitionis.

80 Idem si appellatio sit nulla.

85 Sic dicitur de his appellationibus, quæ non habent expressas causas rationabiles, quia non faciunt locum remedio attentatorum.

87 Sic statuto dante formam appellandi ad tales judices, si aliter fit, quia nulliter fit non habet locum attentatum.

88 Sic quando appellatur ad omnes superiores, quia fit nulliter, nõ habent locum attentata, quia debet nominatum fieri.

89 Sic quando appellatio est injusta, reuocatio non fit per modum attentati.

90 Limi. ut innouata per tertiam personam, non debeant per viam attentati reuocari, nisi talis appellatio jurisdictionem judicis ad quem impediret.

91 Limi. quoties quis per modum continuationis aliquid faceret; quia non dicitur innouare. vt ibi.

92 Sic intelligitur quod ea, quæ fieri poterant pendente primo judicio, non reuocantur, vt attentata.

93 Limi. vt in casu decisa per Rot. 65. si appelletur aliàs. 461. de appell. in no. & ibi late proposito.

94 Limi. quia sententia definitiua lata in negotio principali, post appellationem ab interlocutoria non reuocatur beneficio attentati, nisi secuta inhibitione.

95 Lim. vt licet attentata sint ante omnia reuocanda, tamen non ex hoc processus super causa principali impeditur tractari, quia diuersæ causæ sunt, & vna non impedit aliam.

96 Limi. in innouationem legis.

97 Item partis appellantis.

98 Item appellati, si fiat coram judice à quo, & præiudicetur appellationi.

99 Idem si coram judice ad quem, & non præiudicetur.

100 Item si à judice ad quẽ, qui semper innovare potest, sicut judex à quo, in favorabilibus appellationis.

101 Limi. vt non sint reuocanda, vt attentata ea, quæ fiunt per judicem à quo, quæ tendunt ad faciliorem exitum causæ ipsius appellationis. ratio ibi.

103. Limi. Si judex, à cujus grauamine appellatum fuisset, illatum grauamen reuocaret, vt frequens est in judicum Rom. curia.

104 Limi. proximæ prædictæ, procedunt etiam si canonicè, & legitimè judici à quo fuisset inhibitum, & ut ibi.

105 Limi. vt remedium hoc non competat illi, qui vult reduci ad statum illicitum, vt si laicus vellet se admitti per viam attentati, ad decimas, vel ad alia spiritualia, quorum sit incapax.

106 Limi. vt attentata ante omnia non reuocentur in omnibus casibus, in quibus attentata reuocentur ita demum, si expectetur futurus euentus litis.

108 Limi. vt attentata per ordinarium loci visitantem subditos, propter pendentiam appellationis non sint reuocanda, nisi appellans docuerit prius de priuilegio exemptionis.

109 Limi. vt licet in quacunq; parte judicij peti possint reuocari attentata, tamen id intelligitur ante conclusionem in causa.

112 Limi. vt judex appellationis à grauamine, non cognoscat de attentatis, coram primo judice, lite pendente factis.

113 Limi. in casu, in quo licet attentata juris possibilitates reuocari possent, non expectato euentu causæ principalis, tamen si possibilitate facti inspecta difficilis esset reuocatio attentatorum, tunc ante omnia non fit restitutio.

114 Limi. vt quando appellatur ante definitiuam, regulariter nõ reuocentur attentata post appellationem, nisi in eventu victoriæ, causæ appellationis.

115. Li-

115 Limi. in terminis, de quibus per Franc. in c. personas de appellatio.

116 Limi. in casu, in quo litis pendentia coram primo non attenditur.

117 Limi. quia judex à quo potest examinare testes valetudinarios, & de facili perituros.

118 Limi. quando est timor armorum, vel scandali.

119 Limi. in causa alimentorum.

120 Sic fauore pij loci, condemnato aliquo administratore ad reddendam rationem, non obstante appellatione compelletur reddere rationem.

121 Sic vbi res celeritatem desideret.

122 Sic ratione cultus diuini, non habes locum attentatum.

123 Limi. in appellatione ã sententia excommunicationis.

124 Limi. quod scientia judicis à quo, quod judex ad quem incapit cognoscere, non sufficit ad reuocationem attentatorum.

125 Limit. vt tertius innouans, lite pendente, non patiatur reuocationem.

126 Limi. vt non revocentur attentata, post appellationem ab executione.

127 Limi. vt attentata per tertium litigantem, nisi ad instantiã litigantis, non sunt reuocanda, per hoc remedium.

128 Limi. vt appellatione interiecta ab interlocutoria, judex ante inhibitionem possit attentare, procedendo in causa.

129 Limi. vbi suspensio jurisdictionis non datur, quia tunc non habet locum attentatum.

130 Limi. vt attentata pendente appellatione, à definitiua, post ipsius desertionem, non veniant per modum attentati ipsius desertionem, non veniant per modum attentati reuocanda, ratio ibi.

131 Limi. vt impetrata supplicatione, cum auctoritate procedendi, literis non expeditis, & rescripto, dummodo non fiat litigiosum, per processum, in tali casu non innouatur.

132 Limi. in spolio, secundum casum ibi propositum.

134 Limi. in casu de quo per Rot. 10. si auditor. aliàs. 446. de except.

115 Limi. ut pendentia appellationis ab vno capite sententia non coniuncto, vel connexo inseparabiliter cum alio, non operetur litis pendentiam, quoad remedium attentatorum.

137 *Lim. vt lite nulliter instituta, non fiat locus remedio attentatorum.*

138 *Limi. vt Dominus non possit petere reuocari attentata, si contra negotiorum gestorem fuerit innouatum, in casu ibi proposito.*

139 *Limi. vt licet appellans à grauamine, ante dationem apostolorum, licite impetret commissionem, tamen judex ad quem, si per partem opponitur, procedere non poterit, quia adhuc remanet judex primus.*

140 *Limi. in casu de quo per Ægid. concluſ. 256. monachus, vt ibi.*

141 *Limi. in casu l. si constiterit. C. si. reg. vt ibi.*

142 *Limi. vt ibi rescriptum sit surreptitium, ibi non sit lis, nec locum habeant attentata.*

143 *Limi. vt attentata post inhibitionem. vbi constat de nullitate appellationis, non sunt reuocanda, propter uerbum canonice.*

144 *Limi. vt nulliter appellanti, remedium attentatorum non competat.*

145 *Limi. vt impetratio de beneficio, beneficij lite pendente valeat, si nullus litigantium jus habebat.*

146 *Lim. vt si in aliqua causa spirituali, vel prophana, sit concluſum in causa, non possit fieri inhibitio. & vt ibi.*

147 *Limi. in casu, quo corpus humanum fuerit exhumatum, quia quousque non fuerit plene cognitum, non datur restitutio.*

148 *Limi. vt quando constet de non jure petentis reuocari attentata in beneficialibus, illius petitio non procedat.*

149 *Limi. reuocationem attentatorum fieri posse vsq; ad concluſionem in causa excluſiue, non incluſiue.*

150 *Limi. vt reus excipiendo, in exceptione non facit litis pendentiam, quominus id deducere possit in alio judicio etiam si succumbat.*

151 *Lim. ut remedium attentatorum locum non habeat, vbi aliquid fiat de conſenſu partium.*

158 *Limi. vt non reuocentur attentata, ex appellatione generaliter interpoſita ab omni grauamine illato, vel inferendo, absq; causarum expreſſione.*

154 *Limi. vt hæc regula procedat contra principales, ſecus vero eſt contra tertium.*

155 *Li-*

155 *Lim. vt non reuocentur attentata post appellationem à sententia lata super rem.*

156 *Lim. in interdicto facto à delegato, de nõ celebrando interposita appellatione, quia non reuocantur talia attentata.*

159 *Limi. vt judex à quo possit taxare expensas non obstante appellatione.*

160 *Limi. in eo, cui factum est mandatum de residendo, quia si appellat interim potest poni substitutus.*

161 *Limi. vt attentata non reuocentur post appellationem interpositam à sententia per laicum ad judicem ecclesiasticum.*

162 *Limi. vt si quis velit reuocari excommunicationem, quas praecesserit appellatio, de precedenti appellatione probare teneatur.*

163 *Limi. hoc modo quia in appellationibus extrajudicialibus regulariter, non habet locum attentatum.*

164 *Limi. vt non procedat in recepto sub salua guardia secundum morem Francorum.*

165 *Limi. vt appellatio interposita coram alio judice, quam coram judice, à quo non operetur causam attentatis.*

168 *Limi. in attentatis post appellationem de pari ad parem, vel de vno ad idem, vt de vicario ad episcopum, cujus idem est tribunal.*

171 *Limi. vt vbi non est appellatum à sententia, cujus executio conceditur pendente termino ad appellationem interponendã non interposita appell. executio per viam attentati non reuocatur.*

172 *Limi. in patrono praesentante duos in beneficio.*

173 *Limi. quando appellatur ab actu nullo, vt ibi.*

174 *Limi. quando debitor ex noua causa, factus est suspectus de fuga, quia potest capi propria authoritate, sicut ante.*

175 *Limi. vt quando judex ignorat esse appellatum sine metu procedere possit attentatorum.*

176 *Limi. in appellatione à sententia excommunicationis, nisi appelletur à declaratoria.*

177 *Limi. vt causa attentatorum non habeat locum, in articulis separatis ab appellatione.*

179 *Limi. vt non detur attentatum, à parte, in forma attentati vna cum indice factum, ratio ibi.*

181 *Limi. vt licet non detur revocatio attentatorum via priuile-*

uilegiatiua attentatorum, tamen datur altera nullitatis attentatorum, quæ non est sublata per primam.

182 *Lim. in factis notorijs, nanq; in illis appellatio non suspendit executionem.*

183 *Limi. quod clausula, nulla iuris solemnitate secuata tollit remedium attentatorum.*

Limi. in detento pro crimine, quia licet appellet, tamen detinetur in carceribus.

184 *Limi. vt legitimatio personarum sit facienda in hoc iudicio, & ideo seruus, & alij, qui repelluntur à iudicio, hic non audientur.*

185 *Limi. vt in omnibus casibus, in quibus tacitè vel expressè renunciantur appellationi, ibi & attentatis, quæ incidenter veniunt appellationi.*

188 *Limi. vt attentata, quæ non verificantur ad processum, non reuocentur.*

189 *Limi. vt si super appellatione lis contestetur, & post ex officio petantur reuocari attentata hoc non liceat.*

190 *Limi. quoad impediendum absolutionem ab excommunicatione.*

191 *Limi. ut attentata sit reuocanda per iudicem, non per partē.*

192 *Limi. ut per probationes tempore periturę, appellatione pendente non reuocentur.*

193 *Limi. quoad sequestrationem, de qua in clem. 1. de seq. possess. & fruct.*

194 *Lim. ut taxatio expensarum facta, appellatione pendente, nō reuocetur per viam attentati.*

195 *Lim. vt motus proprius, lite pendente impetratus, non dicatur attentatus.*

196 *Limi. in appellatione à futuro grauamine, quia hoc non obstante, non habet locum remedium attentatorum.*

197 *Lim. quādo appellatus, cōtra appellationē aliquid innouaret.*

198 *Limi, ubicunq; lex permitteret attentari.*

199 *Lim. ubi nullus esset contemptus iudicis. Item quando pars aduersa volauit, vt attentauit.*

200 *Limi. in casu Ægid. concl. 469. si inter. vide ibi.*

201 *Limi. in rescriptum impetratum per tertium, lite pendente inter alios non dicatur attentatum qua litigantes.*

201 *Limi. vt gratia si neutri, vel si nulla impetrata, lite pendente, non veniat reuocanda, ut attentatum.*

203 *Li-*

103 Limi. vt attentata lite pendente per tertium, non sint revocanda per iudicem appellationu, sed agendum sit iudicio ordinario.

104 Limi. vt lite pendente, liceat supplicare pro habenda copia actorum, sed alicuius sententia.

106 Limi. vt licitum sit supplicare lite pendente, quod detur adiunctus ordinario, ratione suspicionis, ita tamen, vt in tali supplicatione sit facienda mentio de statu litis.

107 Limi. ex eo, quod dicimus, quod pendente causa suspitionis tutoris interim tutor, vel curator debet abstinere ab administratione, alio in eius locum interim suffecto.

108 Limi. vt innouata post appellationem ab interlocutoria non reuocentur ante omnia, sed ita demum iustificata causa appellationis.

111 Limi. vt attentata non solum non reuocentur ante omnia, sed etiam non reuocentur quando fuit attentatum lite pẽdente, ex decreto, siue literis, siue iussu principis.

112 Limi. vt non omnia attentata reuocentur, sed ea duntaxat, quæ sunt in præiudicium appellantis.

113 Limi. vt regulariter attentata non sint nulla, ipso iure, sed veniant reuocanda.

114 Limi. vt gratia, si neutri, si nulli, si vni perinde valere, & alia, quæ solum lite pendente impetrantur, non vendant, vt attentata reuocanda, etiam si de litis pendentia non fiat mentio.

115 Limit. vt proposita causa nullitatis, ad impediendum executionem non reuocantur attentata ante omnia, sed vt ibi.

116 Limi. quoq; videtur ex ea opinione, quod execrabilis non habet can. reintegranda, nec debet restitui.

117 Limi. vt pendente causa supplicationis, & reuisionis, non impediatur interim executio.

118 Limi. vt quoties concludatur aliquem non possidere, non ex hoc dicitur lite pendente attentari.

120 Limi. vt appellatio ab interlocutoria non liget manus iudicis à quo, etiam in articulo executiuo

121 Limi. vt licet à sententia de exequendo, non liceat appellare, tamen si est appellatum, non potest procedi ad executionem.

125 Limi. vt mota lite hæredi, super iuribus testamenti, potest per

per eum fieri restitutio fideicommissario vniuersali, ita tamen, vt si non velit heres non cogatur.

226 *Limi. vt propter timorem amissionis probationum, quodam non dicantur innouari.*

227 *Limi vt si in aliquo articulo diuerso, à negotio principali appelletur, vt in taxatione expensarum, processus ad vlteriora in causa principali, non suspendatur, nec per modum attentati veniat reuocandus.*

228 *Limi. vt si stat statutum, quemadmodum Perusiæ, quod prima, & secunda instantia cognoscantur Perusiæ, quod inhibitio non arctat, neq; ligat secundum casum ibi propositum.*

In quibus casibus non reuocentur attentata.

Caput XXXI.

REgula quam supra constitutam ampliauimus circa reuocationem attentatorum.

1 ¶ Limi. vt non procedat in ijs casibus in quibus appellatio prohibetur; quia innouata post talem appellationem, quæ à iure non permittitur non videntur reuocanda per remedium attentatorum, ut *in cap non solum in verb. exceptis. de appell. in 6.* quod supra allegaui, quia ut ibi gloss. dicit talibus appellationibus, ut friuolis non est deferendum *c. cum appellationibus friuolis de appell. in clem.* vnde forsitan non procederet si fuisset admissa, vel per si, & in quantum nisi per non nisi si, & in quantum, *vt not.* 2 *potest ex alleg.* per Bennint. *decis.* 1. † si committitur causa appellatione reuocat, non habet locum remedium attentatorum. Doct. *c. pastoral. de appella.* 3 Vital. *clauſ. nil nou.* Manfre. *conclus.* 68. Plane † si tãtum prohibetur appellatio, non interdicitur querela

rela reclamatio, ſupplicatio, officium judicis, & id genus *iuxt.not.in aut. quæ ſupplicatio. C. de precibus imperat.offer. & in l.* 1. *§. & pan.ff. quod vi, aut clam.* De querela Mar. *in Spec.6.pag. de appell. num.*105. Manf. *concl.*36.64.125.126. Vnde videtur quod his propoſitis vel ſupplicatione de reuidendo ſaltem poſt præſentatum reſcriptum, & emiſſam citationē, *vt in cle.fin, vt lit.pend.* habeat locum remedium attentatorum. Contra videtur quia ſupplicatio, vt reuideatur non impedit executionem. Afflict. *deciſ.* 341. Guid. Pap. *deciſ.*50. Affli. *deciſ.*356. Sed, & videtur adhibenda diſtinctio, vt in reſtitutione in integrum, de qua alias diximus. Quomodo † autem 4 differant appellatio, reclamatio, recurſus, reuiſio. Afflict. *deciſ.*231. Marant. *in pract.papien. mihi* 171. Carreri. *in l, obſeruare num.*60. *de materia.* Sed hæc verba ſunt in caſibus in quibus non fuit inhibitum. Quia † facta inhibitione in appellationibus à defi- 5 nitiuis habet locum remedium attentatorum. In interlocutorijs vero ſi eſt inhibitum, vt judex detulit, vt per *Doc. in d.c. non ſolum, & c.cum appellationibus friuolis.* Vital. *in deciſ.nil nou.* Manf. *concluſ.* 176. Sed Pariſius *conſ.*108. *lib.*1. videtur hæc non admittere quando friuola eſt appellatio, & fuit inhibitū, ſed inhibitio eſt timenda: & nota quòd in his caſibus expectatur euentus litis, cum qua forſan bonū eſſet cumulare attentata. Caſus autem † in quibus 6 de jure appellatio prohibetur *glo. in d. c non ſolum*, dicit in vero contumace: in inſigni latrone, & criminoſo, & in quibusdam caſibus remiſſiuè. Late autem Carrerius *in pract. l. obſeruare*, vbi conſtituta regula quod appellatio eſt permiſſa proſequitur caſus, in quibus illa fallit, vt in confeſſo, & conuicto:

in

in conuicto ex notorijs probationibus: in sponte confesso nõ reuocante confessionem, & in eo perseuerante: in condemnato ex præsumptione juris, & de jure: in pœna legis à qua non datur appellatio: in condemnato in sindicatu: in relapso in hæresim: à formatione inquisitionis, & crimine læsæ maiestatis in citatione verbali: in raptoribus virginum: in falsificante monetam regis: in corporali coadunante gentes: in seditiosis, & concitantibus seditionem: in duce factionum: in crimine assassini, vt de his late per Carret. *in d. loco.* quibus adde quòd vbi tes celeritatem desiderat, ibi nõ admittitur appellatio. Grammat. *decis. 57. cons. fin. in sententia ex factionis.* Marant. *in tit. de appella. pag. 184. in piis causis priui. pia causa. 153.* à pronuntia causam esse in decisorio quo modo Benint. *decis. 40.* ab excommunicatione, capella Tolos. *q. 298.* In possessorijs iuxta *l. 1. si de mom. poss. & in l. 1. C. de bon. poss. sec. tab.* in sententia de exequendo. *l. ab executore. C. de temp. appell. Capel. Tol. q. fin.*

¶ Sed, & vltra prædictos casus non appellatur in *cap. quam sit, de excess. prælato. in c. parentibus, & in c. tuarum eo. tit. in c. fin. de purg. vt in c. licet de pœnis, in c. quam periculosum, de vsu. in c. in literis, de raptorib. in c. 2. de magist. in c.* Iacobus de simon. *in c. 1. de his quæ fi. à maio. part. cap. in c. lator. qui fil. sint leg. in c. ex literis. de mat. cont. con. int. eccles. in c. veniens. de cogn. spirit. in c. fin. ex. ne cleric. vel mon. in c. ad audientiam, 1. de eccl. ædific. in c. cum clerici, de cens. in c. significasti. eo. tit. in c. quia clerici de iu. patro. in c. pen. de stat. mon. in c. licet, de vot. in c. accedens, de conces. cõiug. in c. ex multiplici, de dec. in c. tua nobis, eo. tit. in c. cũ dilecti, de don. in c. cum quarente, in c. relatũ, de cleric.*

ric.non resid.in cap.sin autem, de co.hab.cleri. & mul. in c.dilectus, de præben.in c.literas. de concess.præben. in cap.ad audientiam, de reb.eccles.non alie. c. ad nostrum, eo.titu.in c.tua nobis in c.sicut neptis, & c.ex literis, ex.de in.in.in c.cum contra, in c.fi, de testi. cog. in c.audita de resti.spolia, c.ex parte eo.titu.in c.cæterum. de iur.calum.in cap.conquestus, de for. comp. in c. 2. in c.dilecti de arbitris in c. ex quarundam, de al.iud.mu. in c. accepimus, de pact.in c. quanto in c. ad reprimendam de pact.in c.dilectus.offi.deleg. in c. cum canonicus, & cap.dilectus, fil.presbit. In † casibus quoque in quibus prohibetur appellatio ab homine, vt quando imponitur perpetuum silentium parti Alex. in l. infinita. §. Iulianus de dam.infec.c.cum olim. c. accedentibus de priuil.c.latores, de cleri.excom.c.quia frustra, de vsu.c.pen.de adulte.c.ad abolendam c.vrgente de hæret.c.2. ne prel.in su.turis.c.cum in ecclesia, c.cum esset de simo.cap.si constiterit c.licet, c.veniens. de accusat.c.significauit c.si necesse, de mat.int.vi.& vx.c.ex literis diuort.c.insuper, & seq. qui mat. accus.poss.c. pen.consang.& affin.c. transmissa c.fin. de eo qui cog. consan.vxo.suam, c.fi.cogn.spirt.c.2.& 3.de eo qui dux. eam quam polt.pur.adul.c.accepisti.& seq.de spon.duo. c.cum inhibitio, de cland.desponf.c.vbi c.literas.c. continebatur.de sponf.duo.c.veniens.d. c.gemma. de sponf. c.sanè.ca.fin.verb.sign.c.ex ore.de his, quæ fiunt à maiori parte capitu.c.cum nuper. c. nouamus. ca. cum instantia. c. venerabilis. ca, prohibemus, extra de censibus cap.ex insinuatione, in.pat.cum dilectus, eo.titu.in cap.fin.de capel.mona.in c.fin. de relig.domib. in cap. dudum, de conuer.coniuga.cap.porrectum, reg. cap. significatur, cap.ex parte, cap.fin.eo.tit.cap.non est, cap. sane, regu.ca.ex parte, cap.ex transmissa, cap. cum non 7

sit, de deci. cap. fin. sepult. cap. 2. c. si succeſſ. ab inteſta. cap. tua nobis, teſtib. c. penult. in fin. pigno. cap. dilecto, præben. cap. cum veniſſent. c. ad decorem de inſti. c. ex tenore. c. fin. de conceſſ. præben. c. licet cauſa. c. ad noſtram, de præben. c. accepta, reſtit. ſpoliato. in cap. cum eccleſ. Sutrin. *de cauſ. poſſ. & proprie. c. ſi diligenti, de fo. comp. c. qualiter, & quando, de iudi. cap. Michael. de fil. presby. c. fi. de offi. archi. c. ex literis, de tranſ. c. pe. de his qui mit. ca. c. priuilegia de priuil. c. fi. c. ſuper ſpecula. de ſucceſſ. ab inteſt. c. ſolicitudinem, pur. cano. c. ad aures. pen. c. omnes, c. ſeq. de pœn. c. à nobis. 2. de ſent. excom. c. cum inter de verbo. ſignifi.* Sic quando committitur cauſa appellatione remota, vel aliquo contradictore non obſtante cum æquipolleat, niſi in duob. caſibus, vt per Franc. *in c. paſtoralis, de appell.* Manfre. *concl.* 68. *& concl.* 210. in appellatione ab executore, niſi modus excedatur, qui in ſpecie debet exprimi ſecundū magis comm. vt per Manfre. *concl.* 99. *& ſeq.* Sic in crimine falſæ monetæ. *l.* 1. *de falſ. monet.* Angel. *in gl. fin. in addi. tu autem, ut in notoris.* In cōfeſſo, & cōuicto. In criminalibus, vt per Manfre. *concl.* 120. de quo tamen per Carter. In crimine læſæ majeſt. In proditore, & duce factionum. In ſimonia, quia æquiparatur læſæ maieſtatis. Vnde idē in crimine blaſphemiæ. In crimine hæreſis, niſi quis appellet ante ſententiam, à pœna legis, & à ſentētia legis, licet à declaratione, qua fertur quem incidiſſe in pœnam legis à qua non appellatur, & in condemnatione ſuper debito fiſcali, ſi fiſcus tractat de damno euitando, ſecus in pecuniarijs ſi de lucro, quia tunc appellatur, In ſententia contra officialem alicuius judicis condemnatū à ſuo judice pro geſtis in ſuo officio, non obſtāte appellatione fit executio, vt fieri poterat executio cō-

tra

tta condemnatum de blasphemia, etiam post appellationē. Itē super mero possessorio à quo regulariter non datur appellatio secundum communē, præsertim ad effectū retardandæ executionis, & hodie practicatur propter Ægid. *consti. in partib. nostris*, de quo in meis allegat. Item in sententia judicis secundum suam conscientiam. Item in iuramento delato in litem. Item vbi renunciatum esset appellationi. Item post sententiam correctionis. Item post sententiam à juramento decisiuo. Item in causis minimis, & breuioribus, in quibus non datur appellatio jure ciuili: secus licet de jure canonico. Item à sententia lata super munere publico: Item à sententia lata super restitutione pignoris in actione hypothecaria à qua non appellatur. Abb. *in c. ad sedem, de restitu. spoliato.* In reuocatione locationis factæ ab aliquibus canonicis sine consensu capituli à qua non appellatur. Item super crimine barattariæ, vbi appellatur à senatore à sententia per judicem laicum ad ecclesiasticum, nisi natura causæ, vel consuetudo aliud suadeat. Item vbi appellatur à præcepto superioris sanè iusta causa, quia non datur appellatio, in sententia primi decreti. In cautione de damno infecto. In sententia inter patrem & filium, vt super alimentis & emancipatione. In sententia super causa contra quam non admittitur probatio in cōtrarium, vt super discussione bonorum in executione iuris, vel statuti, quia non datur appellatio, in appellatione à contractu. In sententia de præstando aliquid quod debetur ex cursu naturæ. In secūda sententia post primam in arbitrarijs transactam in rem judicatam, quia non admittitur appellatio à sentētia super sorte. In appellatione post tres conformes,

vel aliter rem judicatam. A sententia præfecti prætorio. A sententia regis, vel principis, quo appellante vero contumace, qui non appellat à sententia arbitratoris, & arbitri. A sententia lata contra officialem delinquentem in officio condemnatum. A sententia lata super reductione laudi ad arbitrium boni viri secundum vnam opinionem: licet secundum aliam sit difficultas. A sententia lata de consensu partium, de consilio sapientis. Item quando partes promisissent stare sententiæ qualitercunq; ferretur, quia tunc non datur appellatio. Item post appellationem ne judex referat: in eo, quod est in arbitrio judicis, nisi valde excedat modũ: in eo quod quis fecit, vel procurauit fieri, vt si impetrauit per se, vel procuratorem rescriptum. Item in causis vbi denegatur audientia in appellatione, vt non fiat electio in arbitrarijs modici præiudicij. In personis quibus denegatur judicium. In appellatione à rescripto licet de surreptione, vel obreptione opponi possit. In sententia exfractionis. Vt omnes hos casus latius dicens in his non habere locum remediũ attẽtatorum, quia prohibetur appellatio per complures *conclus.* Manfred. exequitur *conclus.* 99. *vsq; ad fin.* quem tantum summatim referre volui eiusdem fidei non modicum referens, quia si singula expendissem de his tantum liber in causa pensionum & charitatiui subsidij quomodo appelletur super *de pens. q.* 96. & ibi quod vbi prohibetur appellatio non appelletur ab executore causa, & executione.

Solum addo quod si in his casibus fuisset inhibitum quousque inhibitio esset reuocata, esset timenda, *arg. Rot.* 379. *alleg.* per eundem Manfred. *concl.* 271.

171.& 176.vlli,siue in definitiuis, siue in interlocutorijs si sit delatum,& de delatione, si & in quantum dixi alias. Item quod licet in his cesset priuilegium attentatorum,tamẽ non cessat nullitas si qua probari possit, quæ dicitur nullitas attentatorum, remedium ordinarium siue via iniustitiæ, vt idem Manfred.*concl.*215.& 196. & dixi alias.

¶ Nota,quòd *Gloss.in d.c. non solum*,sentit† quod 8
si disputetur vtrum simus in casu in quo appellatio permittitur an non, aut incontinenti potest probari,& apparere, quod simus in casu non appellandi, & non reuocantur attentata,aut non,& tunc reuocabuntur. Et † quomodo incontinenti aliquid sit 9
probandum,arbitrarium videtur.juxta *not. in l.* 4. §.*condemnatum.de re iudi.* Item nota, quòd si staret inhibitio in talibus casibus,illa esset timenda,ita vt interim reuocatio fieret,si non constaret aliter, vt sentit Capell.*Tholos.*176. & circa prædictam limit. vide Alciat.*cons.* 433.gubernator, vbi loquitur in possessorijs,& in executiuis. Item quando appellatio fuit admissa,si & in quantum,ex quibus verbis à futuro euentu causam metitur.

¶ † Limi.de consuetudine in sententia torquen- 10
do, quia licet de jure post sententiam huiusmodi intra decem dies, vel stante appellatione procedi non posset ad torturam, tamen de consuetudine Delphinatus,vt scribit Guid.Pap.*decis.*74. in causis ciuilibus seruatur quod proceditur ad executionẽ talis sententiæ interlocutoriæ in criminalibus, etiam infra decem dies nisi fuerit appellatum,& inhibitum,quandoque tamen secundum casus exigentiam,& qualitatem personarum expectatur lapsus decem dierum, & sic hodie de consuetudine, & sti-

lo curiarum respectu interlocutoriæ ad torturam committit arbitrio iudicantis, sententiæ vero definitiuæ in causis criminalibus prolatis indistinctè incontinenti, mandantur executioni, ita quod non expectatur lapsus decem dierum sec. Bald. *in l. additos. C. de epis. aud.* quæ opin. Baldi hoc casu obseruatur in Delphinatu nisi condemnatus appellaret, & incontinenti inhiberetur per judicem appellationis, tunc enim judex à quo superfederet ab executione, nisi vt supra dixi esset confessus, & conuictus, hæc *Guid. Pap.* De jure tamen à sententia, de torquendo, & à futuro grauamine in criminalibus appellare, licet per Marsl. latiss. *alleg. §. expedita num.* 1170. *in practi.* Practica † tamen videtur hic Perusiæ non quod non possit appellari, sed quod nō appelletur, quia judex nunquam esse debet adeo bestialis vt ibi dubitetur an locus sit torturæ procedere debeat ad torturam, & ideo in casibus clarissimis cum deueniatur ad torturam absq; alia palam pronuncia id faciunt.

12 Sed, & not. † quod licet paria sint pendere appellationem, & terminum datum ad appellandum, tamen in causa capituli pendente termino ad appellandum non reuocantur, quia sententia corporalis exequi potest absque attentatorum metu. *Doct. in l. additos. C. de appell.* Alb *in vlt. p. stat. q.* 24. & per Māfred. *concl.* 120. qui dicit quòd post appellationem non debet exequi, sed ante sic, & non reuocatur per viam attētati, quia est impossibile vnde secus si posset retractari: sed, & post appellationem in confesso, vel conuicto, vel in notorio delicto coram populo executionem Manfred. vbi admittit, de quo me remitto ad Carrer. *in pract. l. obseruare in prin.*

¶ † Li-

¶ † Limi. vt quando sit nulliter appellatum et- 13
iam quod sit inhibitum, & post innouatum non fuit
reuocatio, Franc. *cap. dilectis. nu.* 10. *appellat.* Ægi. *de-*
cis. 239. Manfred. *concl.* 11. *& dixi alias.*

¶ † Limi. vt iuramentum in litem non possit re- 14
uocari per viam attentati, quia appellatio non im-
pedit dilationem iuramenti. l. generaliter de rebus
cred. Manfred. *concl.* 52. stante inhibitione secus, i-
dem stante auocatione forsitan.

¶ † Limi. in appellatione extraiudiciali judici, 15
partique non intimata, namque quoad reuocatio-
nem attentatorum non sufficit nisi legitimè facta
intimatione, vt per *Rot.* 38 *de appell. not.* quæ incipit
attentata per iudicem, & est alias. 309. vbi dicitur
quod attentata per iudicem, vel partem post appel-
lationem extra judicium interpositam ante notifi-
cationem eiusdem eis factam non veniunt per mo-
dum attentati reuocanda propter iustam causam i-
gnorantiæ: & quia de nulla temeritate argui potu-
erunt. Illud enim quod Innocent. posuit *in cap. dile-*
cti in verb. innotuerit, de appell. † quod appellans in 16
absentia iudicis etiam ante notificationem sibi fa-
ctam ita eximitur ab ejusdem jurisdictione, vt si in
eius præsentia appellasset: procedit quoad transla-
tionem jurisdictionis, non a. quoad reuocationem
attētatorum, in quo articulo oportet probare duo,
videlicet: se ex causa probabili appellasse: & veram
causam appellationis fuisse, vel esse, vel saltem se
proposuisse illam coram judice à quo, & obtulisse
se ad probandum, & non admissum fore. Quæ duo
effectualiter quoq; probanda sunt quoad transla-
tionem jurisdictionis, vt per *Rot. ubi supra.* Quæ *Rot.*

idem dicit *decis.44.licet in causa de appellat.no.alias*
17 344. vbi dicit † quod licet in causa beneficiali extrajudicialiter contra aliquem impetrantem apostolicum, puta à gratia, & processibus sui appelletur sibique huiusmodi appellatio intimetur, & ipse post. & contra hujusmodi appellationem nihilominus ius, siue gratiam suam prosequendo aliqua faciat, puta apprehendendo possessionem absque tamen violentia recipiēdo fructus, talia non sunt per modum attentati reuocanda, nisi ante omnia cognoscatur, & docearur de veritate causæ appellationis. Quia regulare est non reuocari attētata post appellationem nisi in euentum causæ appellationis, vt per *Rot.* in loco prædicto. Vnde sumi potest limitatio ad prædictam regulam. Huiusmodi autem intimatio quomodo facienda sit, scribit *Rot.*
18 *valet intimatio alias.127. de appellat. in not.* vbi dicit quod valet intimatio appellationis in causa beneficiali facta per quemcunque etiam non habentem speciale mandatum, quia sufficiat qualitercun-
18 que in notitiam appellati deueniat. Quia † qui certus est amplius certiorari non debet, & *& decis.26.*
19 *si in causa alias 168. de appellat. in no.* † vbi dicit quod si in causa beneficiali per appellantem tradatur appellato copia appellationis animo intimandi sibi appellationem non sufficit quoad deuolutionem ad curiam, quia requiritur legitima intimatio parti, vel procuratori, vt sub scriptura authentica, licet non legatur sibi tenor, vel si non tradatur, sed ostēdatur tunc perlecto eiusdem tenore sufficit tradere nudam copiam appellato, & si petat sub manu publica, & vide *Rot.10. in causa alias 82. appellat. no.* vbi *apost. & Rot.3. nota quod vbi alias 12. appella. antiqu.*

De

De his quoque videnda sunt notata per Marant. *de ordin. iud. p. 6. pag. 191. num. 391.* vbi allegat Butr. & Franc. *in cap. fin. col. fin. ext de appell.* Vnde † hæc no- 20
tanda videntur ad practicam appellationis coram honestis personis, quia ad effectum, vt attentata revocari possint requiritur quòd legitimè fuerit facta intimatio, & Thomas Faust. *dub.* 19. quintum dubium dicit, quod reuocatio attentatorum stante appellatione extraiudiciali pendet à futuro euentu, quod ex prædictis declaratur.

¶ † Limit. in causis criminalibus in confesso, vel 21
conuicto, testibus Franc. *in c. non solum.* Manfred. *concluſ. 1. Limit.* quando appellatio legitimè non fuisset interposita, ita vt sententia transiret in rem iudicatam, vel aliter negotium non fuerit deuolutum ad iudicem ad quem: tunc enim per judicem ad quem attentata non possunt reuocari, vt euenit in casu quo fuit appellatum, sed non petiti apostoli, vt in cap. ab eo, & in cap non solum, de appellat. lib. 6. vt satis bene hæc probantur. Iudex tamen à quo si quidem pro iustitia esse putabit poterit cognoscere de causa attentatorum per modum iniustitiæ si quidem innouatum fuerit lite pendente, sed vide quæ dixi infra.

¶ † Limi. vt duobus filijs, vel vasallis contenden- 22
tibus de possessione si laborator retineat fructus, & dicat: nolo restituere nisi illi qui reportauerit sententiam pro non dicatur attentari præsenti si satisdet se restituturum, vt supra Bal. *in l. Lucius, & Titia. ff. famil. herciſ.* Boer. *deciſ.* 106. *dico breuiter.*

¶ † Limit. quotiescunque esset appellatum, & 23
post attentatum, sed attentatum confirmatum à Papa, vel superiore expresso, tamen statu causæ

aliàs nihil valeret, vt bene sentit Soc. *cons.* 46. *visa in fi. lib.* 1.

24 ¶ † Limit. in ijs casibus in quibus sententia trahit secum executionem, tunc enim licet appelletur, tamen innouata post hujusmodi appellationem non reuocantur per viam attentati. Ecce enim post appellationem à sententia excommunicationis in aliquem per ordinarium ad sedem apostolicam interpositam quis declaratur incidisse in prædictam excommunicationis sententiam, & denunciatur publicè excommunicatus, & reaggrauatur per modũ attentati prædicta reuocari non possunt. Quia †

25 licet per appellationem suspẽdatur effectus aliarum sententiarum, & executio *cap. venientes, de iureiur. cum similib.* tamen hoc fallit in sententia excommunicationis, quæ secum trahit executionem, vt c. pastoralis, de appellatio. vbi Innoc. præsertim, quia in prædicto casu prædicta vidẽtur procedere per modum extensionis, siue declarationis primæ sententiæ, quæ statim suum habuit effectum, & ita per has rationes scribit *Rot.* 36. *si decanus, de procurat. in no.* & sequitur *Collect. decis.* 51 *si committatur. de appellat. in no.* & per *Rot. decis.* 59 *si à definitiua, vers. ex eodem fa-*

26 *cto. appell. no. aliàs* 424. Vnde dici potest, quod † ea, quæ fieri possunt, & fiunt per modum declarationis, non dicuntur attentata, juxta vulgariter *not. per l. hæredes.* §. *sed si notum ff. de testam.* Bene verum est, *quod* 46. *nota dic aliàs* 831. *de sent. & re iudic. in ant.*

27 *Rot. Rom.* dicit, † quòd si feratur sententia in qua pars condemnatur in expensas, & inde fuerit appellatum nunquam expensæ sunt taxandæ, donec causa fuerit finita per tres instantias, & si aliter fieret taxatio per judicem ad quem reuocantur per viam atten-

tentatorum, & à taxatione expensarum, & à declaratione quotæ victoriæ puto permitti appellationem, quæ regulariter promissa videtur, nisi expressè prohibeatur. Et ad hæc pertinent id quod dicitur appellatione pendente factæ executio fieri non potest, sed juris sic, vt quando ex condemnatione quis sit infamis. Vital. *in clauſ. nil. no. n.* 12. Mara. *in titu. de appell. n.* 175. *& nu.* 178. Manfred. *conclu.* 109.

¶ In contrarium tamen allegabatur Archid. *in cap. non ſolum, de appellat. in 6.* vbi voluit, † quòd judex ex officio ſuo reuocabit ſententiam excommunicationis latam poſt ſententiam definitiuam infra decem dies datos ad appellandum ſicut alia attentata, quia aliàs per indirectum tolleretur beneficiũ appellationis quod fieri non debet, *cap. indultum, de rep. in lib. 6. vt ſcribit Rot. præalleg.* 51. *vbi col. fin.* Subdit, quod omnes domini declinauerunt in opin. *Ioan. Monac.* quoad prolationem ſententiæ, quoad monitionem verò, denunciationem, & alia executorialia prædictæ ſententiæ conſiſtentia in facto dixerunt omnia illa eſſe reuocanda per viam attentati. *Rot.* vero 28. *licet fictè contumax, de appell. in no. aliàs* 351. dicit, quòd quidam domini dicebant *ca. non ſolum, de appell. in 6.* non habere locum in ſententia excommunicatio, infra etiam decem dies datos ad appellandum promulgata per not. *in cap. venerabilibus.* §. *porro,* & per Ioan. Andr. *in c. licet, de ſenten. excomm. in 6.* licet Io. Mon. contra, & Archidia. ſibi videatur contrarius, de ſententia excommunicationis, & materia infra tangam. 28

¶ † Lim. vt facta contra ſuſpectum de fuga non reuocentur per viam attentati. Specul. *de appellat.* §. *noviſſime.* Marant. *6. pag.* Specul. *appell. num.* 166. 29

Docto.

Docto.in cap. cum teneámur, de appellat. Manfred, *concl.62.*

30 ¶ † Lim.vt attentata contra illum,qui appellauit ſtatim peti debeant reuocari antequam ad vlteriora procedatur, quia ſi vlterius procederetur tunc expectandus eſſet finis litis (quod ſit,vt not. *in cap. 1.de lit.cont.in 6.*vt not,Bald.*in l.1.col.1.de appellat. cod.dum alleg.l.chirographis §.1.de admini. tut.* vbi Bart.& hoc pro cautela tradit Decius*in l.pen. dente col.1.C.de bon poſſ.ſecund.tab.*

Sed hæc opinio habet in contrarium tex. *in d.ca. nonſolum,* vbi quod ſemper,& ante omnia debent attentata reuocari,& alias dixi vſque ad concluſio-
31 nem.Vnde videtur† diſtinguendum quod per proceſſum ad ulteriora ante reuocationem attentatorum forſitan præiudicatur petitioni reuocationis attentatorum extraiudicialiter,& de plano,cum ſilentio cauſæ principalis,ſed quoad modum petendi per viam ordinariam iniuſtitiæ ſecus. Sed tunc videtur quod,& poſt concluſionem , & poſt rem iudicatam,ſecundum illud ,quod alias diximus.

32 ¶ † Limi.quando pro innouante de iure communi ex cauſa veriſimili præſumitur poſſeſſio niſi is cõtra quem eſt attentatum probaret poſſeſſionem tẽpore attentationis *Rot.89.in ant.* Dec.*in conſil.*103. Manfred:*concl.*40.

33 ¶ † Limi.generaliter,vt vbicunq; attentatum ſit licitum non reuocetur, vt contra ſi ſit illicitum Io. Mon.*c.capientes.§.de viginti,n.135,de elect.* Vital.*in clauſ.nil noua.*Manfred.*concl.*53.

34 ¶ † Limi. vt procedat in attentatis poſt appellationem in cauſa principali , vel in aliquo articulo, qui habeat connexitatem cum cauſa principali, ſecus ſi

eus si articulo separatus sit à causa principali, quia tunc non prohibetur iudex à quo appellatur procedere in causa principali, vt est *tex. in cap. super eo* 1. *de appellat.* Vbi Butrius, & Abb. ponit exempulm si appelletur ab expensis in quibus quis cõdemnatus fuit ratione contumaciæ, tunc enim huiusmodi appellatio non obstat quominus procedatur in causa principali, & *in d. cap. super eo.* Dec. scribit qui idem repetit *in l.* 1. *col.* 1. *C. de bon. poss. sec. tab.* Vt in simili scribitur † quod causa non impeditur inchoari pro- 35
pter litis pendentiam nisi causæ sint connexæ, ita vt res iudicata in vna ponat exceptionem rei judicatæ in alia. Dicit tamen Decius vbi supra, quod non procedit talis limitatio in casu quo judex ad quem inhibuisset, quia inhibitio hujusmodi operatur quod judex à quo procedere non possit, & ita scribit *in d. l.* 1. *& in d. cap. super.* post But. Abb. Imol. Franc. & alios, & est *Rot.* 31. *si ab excommunicatione aliàs* 193. *de appellat. no.* & inde dixi quod cum mater tutrix pro filia instaret, vt dotaretur à fratre, vel sibi daretur pars hæreditaris, cum auia tutrix fratris rei abstuliset puellam à nutrice non poterat per modum attentati reuocari, quia erant causæ diuersæ, licet si litigatum fuisset super hoc, vt & ibi sit alimentanda: secus sit, item dixi quod dum ageretur contra quandam mulierem hæredem personal. pro legato, & illa omnia sua bona dedisset non poterat instari pro reuocatione per modum attentati: licet secus esset si actum fuisset reali, vel hypothecaria.

¶ † Limi. in casu quo appellans contra quem ex- 36
titit appellatum petijt reuocari attentata jus commune habet jus cõmune in contrarium; ecce enim si rector alicuius ecclesiæ parochialis episcopo alicui

cui subjectæ appellat à sua visitatione, & procuratione exprimendo, & allegando se exemptum per priuilegium apostolicum vel præscriptionem tanti temporis cui res initi memoria non extat in contrarium, & petat reuocari quædam attentata per dictũ episcopum post suam appellationem, licet n. probet talia attentata, tamen quia est contra ius commune non ante auditur, quam constet de veritate causæ, & priuilegio, vt late per *Rot. 35. sirector de appellatio. not. aliàs 234.* subdit tamen ibi quod ad docendum de prædicta exẽptione, & priuilegio sufficit aliqualiter docere, quod nõ plenariè comprobari possint prædicta ex notatis *in c. ad decimas de restit. spoliato.* specialius quando appellans habet præsumptionẽ iuris, & de iure contra se eodem scribit Abb. *in c. 1. in 3. intelle. & in c. irreprehensibilis de appell.* Dec. *in c. bonæ. eo. tit.* Alcia. *cons.* 37. in hac quod verum esse in beneficialibus non autem in alijs scribit Franc. Rip. *in l. naturaliter §. nihil commune, n.* 78. *de acq. poss.* vbi alleg. Aret. *in c si constiterit de accus.* Phil. Franc. *in ca. bonæ. de appell.* & per Dec. *cons.* 203.

37 ¶† Limi. vt in fauorem illius qui appellauit bene innouari possit, vt est *tex. in c. cum teneamur de appellat.* vbi iudex se intromittit in fauorem eius, qui appellauit, vt conseruetur in pacifica possessione, quia pendente appellatione, quis vti potest sua possessione, & si ille qui appellauit aduersarium spoliauerit appellationi renunciasse dicitur, vt per Mathe. *not. 27. nota quod si actor,* & scribit Decius *in d. l. 1. col. 1. C. de bon. poss. se. ta.*

38 ¶† Limi. vt vbi appellatio non habet effectum suspensiuum ibi attentata non reuocentur. Marant. *Specul. tit. de appell. nu.* 388. Manfred. *concl.* 54.

¶† Li-

¶ † Limi. vt attentata non reuocentur nisi præ- 39
cedente causæ cognitione. Marant. *Spec. de appell. n.* 392. Manfred. *concl.* 59. *Bisig.* 15. *de appellat.*

¶ † Limi. in omnibus casibus in quibus non fue- 40
rit inducta litis pendentia, vt in *decis.* Afflict. 366. *in pleno.* vbi dicit quod rescriptum quod non valet ad præiudicandum parti non inducit litis pendentiam quoad reuocationem attentatorum licet quoad reliquas lites procedat. Item quod per comparitionem tertij non inducitur litis pendentia nisi ad instantiam illius tertij judex mandet citari, & citatio exequatur legitimè, ita, vt non circunducatur, quia si circunduceretur vtique non esset inducta liti pendentia: bene verum est quod si emanauerit citatio ad omnes, & singulos actus vsque ad sententiam definitiuam non circunducitur citatio quandocunque reus vel actor comparuerit, idem quando citatio esset nulliter commissa, vt contra infantem, vt hæc late prosequitur. Afflict. *in d. decis.* 366. *in pleno.*

¶ † Limi. in causa qua suspenso petitorio proce- 41
ditur in possessorio, vel contra, quia pendentia super vno non impedit rem judicatam super alio, vt dixi alias, & scribitur per Cassad. *decis.* 9. *de caus. poss. & propri.* & Manfred. *concl.* 46.

¶ † Limi. in casu, in quo judex procedit penden- 42
te termino ad dandum apostolos, vt de hoc est *deci.* 19. *si iudex aliàs.* 128. *de appellat. in no.* vbi latissimè addit. de quo puncto, quia puto me aliàs scripsisse, & quia est diffusior hæc hactenus.

¶ † Limi. quando non sit appellatum per haben- 43
tem potestatem appellandi. Manfred. *conclus.* 19. quod intellige in casibus in quibus appellatio causa

at-

attentata, sed purificatio, siue post ratificationem aliud operatur *iuxt. tit. rat. hab.*

44 ¶ † Limi. vt quoad reuocationem attentatorum post appellationem interpositam à definitiua non sufficit probare per confessionem partis appellatæ fuisse appellatum, nisi probetur infra decem dies, & per habentem potestatem appellandi huiusmodi appellationem fuisse interpositam, vt scribitur per *Rot. 30. quoad reuocationem aliàs. 190. de appellat. no.*

45 vbi additio dicit † quod non sequitur appellaui, ergo intra decem dies, quia hęc est solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur *l. quacunq; ff. de publ.*

46 ¶ † Limi. in causis matrimonialibus quia fauore animarum non reuocantur. Vital. *in clauſ. nil nou. num. 5.* Io. Mon. *in §. de viginti num. 135. cap. cupientes de elect.* Manfred. *concl. 67. qui concl. 70. commit.* in causis iuris patronatus alleg. Marant. *tit. app. numer. 165.*

47 ¶ † Limi. in ficto contumace, namque licet fictè contumax possit à sententia definitiua infra decem dies à tempore scientiæ computãdos appellare prout legitur, *& not. in clem. causam de election.* tamen ea, quæ fiunt post decem dies á tempore prolationis sententiæ, & ante interpositionem prædictæ appellationis per judicem siue executorem valent nec reuocantur per modum attentati, siue nullitatis, sed beneficio iniustitiæ dato de hoc in causa appel-

48 lationis: quia † statim lapsis decem diebus judex non tenebatur amplius expectare, sed poterat & debebat ad executionem procedere, vt per *Rot. 28.*

49 *licet ficte contumax, aliàs 351. appellat. no.* † iste autem fictus contumax qui sit, & ficta contumacia quomodo contrahatur, & quomodo inde permittatur appel-

appellatio videnda est *Rot. 22. appellatus aliàs 137. appel. no. & 2. si feratur aliàs 49. & 16. cum jura, aliàs 364. de dol. & contum. in not. una cum suis addit. ubi plene de materia.*

¶ †Limit. ut attentata contra condemnatum de crimine non revocentur. Vital. *in clauſ. nil. nov.* Marant. *6. pag. Specu. appellat. num.* 178. Manfred. *concluſ.* 63. 50

¶ † Limi. ſecundum Rotam licet collector ibi contra in caſu quo appellatum fuerat ante tertiam definitivam ab aliquo gravamine, etiam vero & iuſto, & tertia definitiva lata fuerat, & poſtea articulus prædictæ appellationis alteri auditori commiſſum fuerat, & petatur procedi, & pronunciari ſuper dicto gravamine quod pars id petens non erit audienda: nec de illo erit cognoſcendū antequam prædictæ tres definitivæ ſententiæ conformes fuerint effectualiter executori demandatæ, ut *in clem. ut calumniis de re indic. ubi glo.* Joh. And. *alleg.* in contrarium per Collect. quod dicat d. clem. non impedire appellationem ante tertiam ſententiam, dummodo tempora appellationis non ſint lapſa: ad quod præterea dicebatur, quod executio non impediebatur, ſed veniebat retractanda per viam nullitatis, & quia caſus collectori viſus eſt difficilis illum remiſit ad cancellariam. 51

¶ † Limi. ut contra conventum perſonali non attentetur, ne revocentur attentata, ut ſecus in reali, ut per Vital. *in clauſ. nil nov.* Jo. Monac. *in §. de viginti*, & per Manfred. *concl. 66.* 52

¶ †Limi. ut quotieſcunque non interſit petentis revocari attentata is non audiatur, ut ſcribit additio ad *Rot. 76. nota quod attentata alias 464. de appellat.* 53

*pellat.antiq.*ubi quando constat clarè de nonjure petenti revocari attentata, ibi quia illius non interest non revocantur attentata.

54 ¶ † Limi. ut non revocentur attentata quando difficilis est revocatio attentati favore pii loci, ut in sepultura. *Rot.*853.Fran. *in c. dilecti.3.& c. non solum,* & Manfred. *concl.*37.

55 ¶ † Limi. in rescripto impetrato lite pendente, quia hoc rescriptum non potest revocari per viam attentati, ut per Ægid. *concl.*102. *si possessio beneficii.* item *conclus.*662. *si ex gratia,* & per Staphil. *in tit. de vi, & effe.claus.pag.mihi* 68. & vide per Affl.quædam *decis.*366. in pleno consilio, & vide Ægid. *decis.*749. vidi, materia declaratur. Manfred. *concl.* 44. ubi tenet contrarium.

56 ¶ † Limi. ut attentata non revocentur post appellationem à sententia super notorio crimine. Fede. *consi.*101. Manfred. *concl.* 38. ubi limita etiam quando attentata sui natura non possunt revocari, nisi per definitivam ferendam super appellatione, alleg.Franc. *in c.licet, & in c.non solum, ut per eum.*

57 ¶ † Limi. contra administratorem loci pii, qui non obstante appellatione cogitur ad reddendum administrationem. Ang. *in auct. de san.ep.* §. *œconomus.*

58 ¶ † Limi. quando causa committitur sub onere conscientiæ, quia hoc casu appellatio fiet per modum simplicis iniustitiæ, non per modum attentati, quia si judex secundum suam conscientiam credit bene egisse, & in hoc quod repellit appellationem jure permittente bene agit, ut proxime dictum est, ut per Ægid. Bellem. *decis.* 18. *oneratio.* Bald. *in l. de reb.cred.C.*Felyn. *in c. super his. col.* 5.

ex.

ex. de accusat. Corn. *consi.* 388. *in litera C. lib.* 3. Manf. *concl.* 132.

59 ¶ † Limi. forsitan ex notatis per *Rot.* 1. primò quod monacho alias. 1. restitu. spoliato. in antiq. ubi dicitur, quod monacho habenti non ministrationem seu prioratum ad nutum amouibilem non competit restitutio, nec aliquod remedium in causa restitutionis possessionis contra suum abbatem, nisi spoliet eum pendente inquisitione contra abbatem, quam ipse monachus prosequebatur: licet secus sit si ab extraneo monachus spolietur, ut per Rotam ubi supra.

60 ¶† Limi. in frivolis appellationibus. Marant. *in Spec. p. 6. in tit. appellat. num.* 171. Manfred. *conclus.* 70. *limit.* ut executio intra decem dies si non appelletur valeat. Felyn. *in c. quoad, nu.* 38. *de re iudicata.*

61 ¶ † Limi. in exceptione rei judicatæ, namque stante re judicata non habet locum remedium attentatorum. ecce enim si interlocutoria à qua extitit appellatum transiverit in rem judicatam, non videtur quod instari possit super revocatione attentatorum ut in simili scribitur per *Rot. 1. nota quod ubi aliàs.* 46. *de ordi. cogni. in antiq.*

62 ¶† Limi. ut attentata deducta per viam exceptionis nonpossint impedire executionem trium conformium *iuxt. clem. cit. calumniis in.* 5. *not. per* Imol. *de re iudic.* Abbas *cons.* 97. *lib.* 1. *Rot.* 28. *in. no.* Manf. *concl.* 29. *sec.* contra unam sententiam li. Manfred. *concl.* 98.

63 ¶† Limi. in casu notato per *Rota.* 10. *si pro spolia-to aliàs.* 417. *de caus. possess. & propr. in no.* ubi si pro spoliato suspenso petitorio feratur sententia super possessorio ita, ut ea sit res judicata, vel ex conformitate,

mitate, vel ex temporis lapsu, si fiat executio utique non potest peti revocari per modum attentati, ut hæc late deducit Rota supra allegata.

64 ℣ †Limi. ut in notoriis non revocentur attentata Marant. *Specul. tit. appella. num.* 171. Manfred. *conclu.* 71.

65 ℣ † Limi. ut omnia quæ fieri poterant lite pendente in prima causa non dicantur attentata si fiant in sequentibus instantiis *l. post quam. §. Imperator. ff. ut legat. nou.* Bart. *in l. furti. §. 1. ff de his qui not. infam.* Alciat. *col.* 407. *in causa* Manfred. *concl.* 61.

66 ℣ †Limit. ut spoliatus qui lite pendente possessione recuperavit per viam attentati non restituatur *Rot.* 428. *in ant. decis. col.* 460. *nu.* 20.

67 ℣ †Limi. quoque posset ex quibusdam exceptionibus, quæ dantur ad regulam, quod spoliatus ante omnia est restituendus, ut si attentatus patiatur quod non facta revocatione procedatur in causa principali: ratione scandali evitandi quando attentatum opponeretur à tertio vel ab eo peteretur revocari: item ratione peccati: in excommunicato excommunicatione maiori: in hæretico: in depopulatore: assassinis bannitis, in tirannis: antipapa: in sponte tradente: in agente non in excipiente: ut has exceptiones *ad reg. l. si quis ad se fundum, & ad can. reintegranda latiss.* prosequitur *Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. posses.* & ipse ego tetigi magis, ut de prædictis advertendum notarem, quam ea assererem.

68 ℣ †Limi. ut refirmari beneficium possit ab accusato usque ad conclusionem in causa, & post quomodo latiss. Boer. *decis.* 206.

69 ℣ † Limi. ut attentata lite pendente non debeant

beant revocari quoties appellatio fuerit deserta sive post desertionem appellationis attentata non debent revocari *arg. l. furti. in princ. ff. de his qui not. infam. cap. licet de sent. excom. lib. 6.* præsertim si desertio constet ex actis. *Rot. 1. in novis, quia Pa. decis. 115. Lap. alleg. 2.* Vant. *practica 9. c. 23.* Franc. *in c. sæpenu. 30. de appell.* Bero. *q. 200.* Gomes. *in regula cancel. fol. 434.* quia factum legitimè revocari non debet *cap. audita, de restitut. spoliato. reg. factum legitime de reg. ju.* Item quia † sublato principali sublata 70
videntur omnia accessoria, quæ sequi possent ad principale *reg cum principalis de reg. ju. l. 4. C. depositi. l terminato C. de fructibus & lit. expen.* cum ergo sublata sit appellatio remanet res judicata retro, ut in d. l. furti. & paria sunt non appellare, & appellationem deserere *cap. solicitudinem cap. cum sit de appellatio.* & ita his rationibus tenuit *Rot. 1. attentata alias 51. de appellat. no.* nec refert utrum appellatio deserta fuerit jure communi an jure statutario: quia † deserta causa appellationis facit non esse locum 71
remedio attentatorum, ut per Alciat. *consi. 406. in hac:* quod verum esse dicit etiam si appellatio admissa fuerit si, & in quantum, quia ut ipse dicit per talia verba admittitur si quidem erat admittenda. Idem scribit *Rot. 76. nota quod attentata alias. 464. de appellat. in antiq.* Oldrad. *consi. 295. ad fin.* Guid. *pap. 6. sic* quod deserta appellatione non habet locum remedium attentatorum. Marant. *Specul. 6. p. app. num. 188.* Manfred. *concl. 74. & consi. 118.* Manfred. *concl. 96.* post Doct. quos alleg. in locis commun, & latè, scilicet quando requiratur altior indago. Affi. *dec. 131.* Ferr. *consi. 46.* & an requiratur declaratoria præcedens causam esse desertam, &

dicit, quod non nisi in casu, in quo ex forma statuti tempora appellationis prosequendæ, essent utilia, alias attentata revocantur. Franc. *in c. ex ratione, nu.* 101. *de appellat.* Et nota caut. quod quando causa est deserta si appellatus adhuc non comparuit coram judice, à quo pro executione, ut appellans prosequaris appel. coram judice ad quem præsertim alleg. impedimenta, tunc enim executio concessa revocabitur, per viam attentati. Franc. *c. ex ratione col. fin. de appellat.* Manfred. *concl.* 197. & not. quod appellatione non finita intra terminum, non solum sententia transit in rem judicatam, sed attentata appellatione pendente reviviscunt, alleg. *Rot.* 1. *in no. Abb. in repert. in verbo attentata.* per Manfred. *concluſ.* 208. sed & perempta instantia, non est amplius lis, unde alienatio facta in tertio non revocatur per modum attentati, quia finita est lis Balb. *præscrip.* 3 *p.* 6. *p. princ.* 4. *p. num.* 64. Manfr. *consil.* 211. & de non revocatione attentatorum deserta appellatione latè alleg. Manfred. *concluſ.* 360. & nota quod licet deserta appellatione, attentata non revocentur via privilegiativa attentati, tamen revocantur per viam nullitatis attentatorum, ut quando appellat renunciata, attentetur, ut per Alex. & Franc. *in c. sæpe. de appellat.* Benint. alleg. aliàs. Manfred. *concl.* 196. qui ita concordat Rot. contrariam sibi. Planè quia multi tenuerint contrarium, ut Franc. in *cap. consuluit.* 2. *de appellat.* Doct. *in c. cum veniſſent, de eo qui mitt. in poſſeſſ.* Lap. *alleg.* 1. *i-*
72 *dem in cap. non solum, de appellatio. lib.* 6. † Sed communis opinio est quod attentata etiam deserta appellatione ordinariè, tamen & dato libello possunt revocari, ut de comm. opinione testatur Benint. *dec.*
40. *du-*

40.*dubitatum in fi.* & vide eundem Benint. *dec.* 76. *mota lite.*

¶ † Limit. ut si appellans spoliatus post restitu- 73
tionem, & revocationem attentatorum fecerit dilationem super fructibus tali dilatione pendente possit appellatus spoliator procedere in causa appellationis, ut per Manfred. *conclus.* 27. ubi alleg. *Ro.* 883. *in ant. & fortasse alleg.* tunc hinc inde current fatalia.

¶ † Lim. quando constat notorie de non jure pe- 74
tentis revocari attentata, ut dicitur per Innocen. *in cap. constitutus de filiis presbit. & in c. significasti de divor.* & scribit additio ad *Rot.* 76. *nota quod attentata aliàs* 464. *de appellatio. in antiq. & ad decis.* 75. *nota quòd attentata de appell. in antiq.* Aflict. *dec.* 98. *pulchrum est dubium.* Cassad. *decis.* 3. *de restitutio. spoliato.* Ægid. Bellem. *decis.* 101. *si constat.* Alciat. *resp.* 37. in hac ubi loquitur quando notoriè constat de non jure petentis revocari attentata, & sic scribit Ægid. *decis.* 356. vide quæ dixi aliàs in materia notorii.

¶ † Quid autem sit notorium lata est materia, sed 75
ego contentus ero allegare tex. & *gloss. in cap. vestra. ext. de cohabit. cleric. & mulier.*

¶ † Limi. in sententia lata in syndicatu, qui non 76
suspenditur per appellationem ut Pari. *de put. in tracta. de syndic. in verb. appellatio.*

¶ † Limi. in casu in quo constaret de nullitate 77
processus: qui astante nullitate processus non habet locum remedium attentatorum, ut per Aflict. *dec.* 366. † Idem si constaret de nullitate appellationis. 78
† Idem si constaret de nullitate inhibitionis, quia 79
si nulliter appelletur, causa non devolvitur, & ubi

nulliter inhibetur non operatur inhibitio revocationem attentatorum, ut scribitur per *Rot.* 75. nota *quod attentata de appellatio. in antiq. aliàs.* 357. Et bene de inhibitione probat text. in c. non solum de appellatio. *in 6. pone exemplum in Rot.* 45. *de appellatio. not.* 43. *&* 54. *eod. tit.* Ægid. *decis.* 239. † Sic si appellatio sit nulla non fit locus materiæ attentatorum Vital. *in clauſ. nil. nov.* Vant. *de nullit. quand. & intra qua temp. nu.* 48. Manfr. *conſil.* 75. Sed nota † quod ubi
81 appellatio notorie non tenet attentata per appellantem revocantur licet non ſtat attentata per ipſum appellatum, per judicem, & ratio eſt, quia non poteſt appellans ſuam appellationem impugnare, ut per Innocen. *in c. ex parte.* 2. *de appellatio. reſcript.* Ange. *in l.* 1. *ff. nil. nov.* Manfred. *concluſ.* 103.
82 Item nota, † quod licet ſi petuntur attentata revocari, & opponatur appellationem eſſe nullam, & attentator doceat de nullitate, non revocantur, ut per Franc. *in cap. ex ratione de appellat.* Tamen ſi eſſet inhibitum antequam pronunciaretur ſuper nullitate, ſecus eſſet, ut per *Rot.* 130. *in not. licet* contra ſcribat Bellem. *deciſ.* 239. Vital. *in clauſ. nil. nov. num.* 4. quos refert Manfred. *concluſ.* 104. Et prædi-
83 ctis annecti poteſt † quod non revocantur attentata in appellatione, in qua non ſunt petiri apoſtoli ut per Manfred. *concluſ.* 148. Item quod idem dicit
84 *concluſ.* 149. † quod attentata non revocantur poſt appellationem, in qua non eſt expreſſa qualitas ſententiæ, quia tunc non valet appellatio, ut per Ale-
85 xan. *in l.* 1. §. *libelli. ff. de appellatio.* † Sic dicitur de his appellationibus, quæ non habent expreſſas cauſas rationabiles, quia hæc non faciunt locum remedio attentatorũ, ut per *Doct. in c. conſuluit. ext. de re judicat.*

cat. & per Franc. *in c. sup. literis, de restitut.* & per Manfred. *concluſ.* 164. qui ad hæc alia allegat: quibus accedit quòd dicit *deciſ.* 165. † quòd appellatio 86
poſt decem dies datos ad appellandum, non facit locum attentatis, & remiſſive tangit an decem dies currant ad appellandum tam in civilibus, quam in criminalibus: quod fallit, ubi poſt decem dies ſit appellatum, & poſt inhibitum *Rot.* 371. & Manfred. *concluſ.* 171. Sic ſtatuto dante formam appellandi ad tales judices, ſi alier appelletur, quia nulliter fit, non habet locum attentatum, ut de jure civili omiſſo medio, ut per Manfred. *concluſ.* 177. qui alleg. Corn. *conſil.* 25. *in* 3. *c.* 43. *c.* Rur. *conſil.* 85. *in fin. lib.* 5. & alios ut loquitur Manfred. quando vel ad principem & Papam appelletur, & item *concluſ.* 182. † Sic 88
quando appellatur ad omnes ſuperiores, quia fit nulliter, quia debet nominatim, non habent locum attentata. Manfr. *concl.* 183. Sic ſtante ſententia, lata per judicem, extra juris banchum, appellatione interpoſita *ſec. not. in clem.* 2. *de appellatio.* Manfr. *concl.* 180. † Sic quando appellatio eſt injuſta, revocatio 89
non fit per modum attentati quia *pap. dec.* 213. *num.* 6. *cum alleg.* per Manf. *concl.* 222. ubi Pariſ. *conſ.* 41. *col.* 2. *lib. pe.*

¶ † Limi. ut innovata per tertiam perſonam 90
non debeant per viam attentati revocari niſi talis appellatio juriſdictionem judicis ad quem impediret, ut ſcribitur per Thom. Faſtol. *dub.* 19. *quintum dubium*, ubi dicit hoc maxime procedere quando appellatio eſſet extrajudicialis, quæ pendet à futuro eventu utrum faciat locum remedio attentatorum. Sed hæc limi. procedit quando tertius non habuit cauſam ab attentante. Marant. 6. *pa. tit.*

appellatio. Specu. nume. 17. Manfred. *conclu.* 69. dixi alias, & vide infra. sed quia si tertius habuit causam à venditore qui prius alii vendiderat, & dum convenitur ad observantiam secundus emptor, & tertius in materia occupat fructus principaliter constitui clausulis utcunque,

91 ℣ † Limi. quoties quis per modum continuationis aliquid faceret, namque qui continuat ius suum & conservat, & ea facit, quæ sibi licebant ante litem inchoatam non dicitur attentare, ut per *Rot.* 44. *livet de appellat. no.* Paris. *consil.* 108. *lib.* 1. & alias scripsi. Et sic intelligitur, quia ea, quæ fieri poterant pendente primo iudicio non revocantur, ut attentata. Vitalin. *in clauſ. nil nov. nu.* 1. Manfred. *conclu. ſ* 61. ubi dicit quod non revocentur, si innovat appellans allegat. Marant. *in Speculo 6. p. nume.* 181. *quod non firmo.*

93 ℣ † Limit. in tali casu: ecce enim appellatur à gravamine ante definitivam, & non defertur appellationi. committitur causa appellationis alteri auditori, qui servatis servandis inhibet primo auditori, & demum pronunciat malè appellatum, & remittit causam primo auditori à qua pronuncia iterum appellatur, & non defertur, & appellationis causa committitur alteri auditori, & antequam per secundum istum auditorem super hac secunda appellatione inhibeatur primo auditori prefatus iudex auditor primus in causa principali procedit, concludit, & sententiam definitivam fere contra dictum appellantem, cuius processus, & sententia tanquam appellatione pendente supradicta per modum attentati petuntur revocari, & *Rot.* 65. sed appelletur aliàs 461. de appellatio. inno. dicit deter-

determinatum fuisse quod pendeat à futuro eventu: namque si pronuncietur bene appellatum revocabitur per viam attentati; Sin male secus, ut per Rotam ibi.

¶ † Limit. quia sententia definitiva lata in negotio principali post appellationem ab interlocutoria non revocatur beneficio attentati, nisi secuta inhibitione, *Rot.* 389. & 461. *in antiq.* Manfred. *concluſ.* 87. 94

¶ † Limit. ut licet attentata sint ante omnia revocanda, tamen non ex hoc processus super causa principali impediatur tractari, quia diversæ causæ sunt, & una aliam non impedit: ut dicimus, quod causa possessionis nihil habet commune proprietate: & ita scribit Afflict. *dec.* 131. *quidam concessit.* Sed hoc latius repetit idem Afflict. *dec.* 98. pulchrum est dubium, ubi sentit contrarium, quia causa attentatorum, videtur habere ordinem, ut possessorium ad petitorium, & cap. non solum dicit ante omnia esse revocanda attentata: sed videtur quòd in electione petentis revocari attentata sit circa hujusmodi processum, vel illud facere. 95

¶ † Limit. in innovatione legis. † Item partis appellantis si appellationi contrariatur, & videtur renunciasse. † Item appellatio si fiat coram judice à quo, & non præjudicetur appellationi. † Idem si coram judice ad quem, & non præjudicetur, ut supra. † Item in judice ad quem qui semper innovare potest, ut judex à quo in favorabilibus appellationis, ut per *Doct. in d. cap. cum teneamur, de appella. in c. appellat. C. de appella. & alleg.* per Manfr. *conſ.* 2. qui facit quandam suam constitutionem super qua non instituo. 96 97 98 99 100

¶ † Lim.

¶ † Limit.ut non sint revocanda,ut attentata ea,
101 quæ fiunt per judicem à quo, quæ tendunt ad faciliorem exitum causæ ipsius appellationis, quia non remanet suspensa jurisdictio quoad hęc,ut scribitur in c.cum teneamur, ubi *Abb. Imol. Franc. & Dec. de appellat.in prin.* Ecce enim † si judex à quo ter-
102 minum ad prosequendam appellationem præfigeret,juxt.cap.personas,& *cap.cum sit Romana,de appellat.non diceretur innovare.* Idem si cum subesset timor fuge capturam decerneret, ut per Ang.in *l. nemo carcerem in fin.C.de exact.trib.lib.*10. Idem si timeretur de dilapidatione veniretur ad sequestrum, ut per Specula.*in tit.de appell.§. novissimè.* Item si partem possidentem tuetur ne turbetur in sua possessione, ut *in cap.cum teneamur* , quia si contra possessorem fuisset attentatum judex à quo tunc procederet ad revocationem,& *in d. c.cum teneamur.*scribitur, quod possidens comparens coram judice,à quo pro revocatione talium attentatorum non dicitur renunciare suæ appellationi, ut de his,& simil.per *Doct.in d.cap.cum teneamur*, & per Specul.*in.§.novissimè in tit.de appellat.* Sic non revocatur sequestratio fructuum,etiam in beneficialibus,ut per Doct.*in d.cap. cum teneamur in beneficialibus.*sic in expensarum taxatione. Lap. *alleg.* 72.Marant.*in Spec.de appell.num.*188.Manfr.*concluſ.* 71.*&* 74.

103 ¶ † Limit.si judex à cujus gravamine appellatum fuisset illatum gravamen revocarent , ut frequens est judicum Rom.curiæ usus per repetitiones,quibus quotidie in similium gravaminum revocatione utuntur , quo casu potest judex à quo citare ad hoc gravatum appellantem,& non solum revo-

revocare gravamen, sed etiam revocato gravamine ad ulteriora in causa principali procedere, ac si nunquam fuisset appellatum. *cap. si à judice, de appellat. in 6. cap. cum cessante, extra eod. tit. & scribitur in d. cap. cum teneamur*; quod ista procedunt non solum in judice ordinario, sed etiam in judice delegato. Et † prædictæ proximæ limi 104
tationes procedunt etiam si canonicè, & legitimè judici à quo fuisset inhibitum, nisi tamen in judice delegato evenisset, ut is deferre appellationi, quia ita deferendo à se omnem jurisdictionem dicitur abdicare, licet ordinarius propter talem delationem non dicatur à se jurisdictionem abdicare, quia propter id, quod remanet de ordinaria jurisdictione potest iterum se intromittere, ut per Vestrium hæc late declarantem in *practic in tit. de attentatis.*

¶ † Limit. ut remedium hoc non competat illi, 105
qui vult reduci ad statum illicitum, ut si laicus vellet se admitti per viam attentati ad decimas, vel ad alia sponsalia, quæ non sit incapax, ut per Nicell. *in concor. Gloss. gl. 6. num. 113.* Manfred. *conclus. 26.* plane, ubi privilegium causam coloraret ad ea, quæ diximus de coloratione tituli in materia recurre.

¶ † Limit. ut attentata ante omnia non revo- 106
centur in omnibus casibus, in quibus attentata revocentur, ita demum si expectetur futurus eventus litis. Ecce enim si pendente causa nullitatis fuerit attentatum, non ante omnia fit revocatio attentatorum, sed expectato futuro eventu. Bal. *in auth. quæ supplicatio. C. de precib. imperat. offer.* Franc. *in cap. dilecto, col. 12. vers. ex quibus omnibus,*

omnibus de appellat. Ut si petantur revocari attentata post appellationem à sententia de exequendo. Ut si petantur revocari attentata post appellationem ab extrajudiciali, ut de his late per Vestrium *in titulo de attentatis lib.* 8. ubi alios casus quoque prosequitur, ubi dicit quod in prædictis casibus revocatio fit per modum injustitiæ, non autem per viam attentati: unde Vestrius in prædicto loco dicit, quòd male faciunt illi practici, qui petunt committi, quod attentata revocentur per viam attentati, quia evenire potest quod attentata non sint revocanda per viam & modum attentati, sed per viam injustitiæ: unde succumbendum esset si aliunde negotium non sustineretur. Unde ipse con-
107 tulit,† quòd simplex detur commissio super revocatione attentatorum, quæ amplior est illa, quæ datur super revocatione per modum attentati. Dicit tamen Vestrius ibidem, quod si in tali casu in quo expectatur eventus futuræ litis emanasset judicis inhibitio, & post talem inhibitionem processum esset hujusmodi processus ante omnia est retractandus, quia inhibitio, sive justa, sive injusta est timenda, licet non bene faciant judices, qui statim non cognita causa inhibent, ut ibi per Vestrium.

108 ℣ † Limit. ut attentata per ordinarium loci visitantem subditos propter pendentiam appellationis non sint revocanda nisi appellans, docuerit prius de privilegio exemptionis. Panuc. *de visi. q.* 10. *R.* 1. Manf. *concl.* 50, Secus si non essent subditi præsertim quia extra diœcesim.

109 ℣ † Limit. ut licet in quacunque parte judicis peti possint revocari attentata, tamen id intelligatur ante conclusionem in eam, quia per conclusionem

in cau-

in causa, videtur causa finita, & ideo non admittitur
mutatio modi agendi: ut per *Rot.* 4. *attentata lite*
pendente. aliàs 57. *ut lit. penden. in no.* ubi Rot. dicit,
quod attentata lite pendente peti possunt revocari
usque ad conclusionem in causa exclusive: quia in
quacunque parte litis ante conclusionem, tamen
talia attentata sunt revocanda propter contem-
ptum judicis, & partis. Conclusio enim † præclu- 110
dit viam, ut suspensioni petitoris, ita revocationi
attentatorum. Afflict. *dec.* 352. Vestrius *in d. tit. de at-*
tent. ubi alleg. *Rot.* 306. nota quod ibi audientia in
antiq. Et subdit ibidem, quod talis limitatio proce-
dit in iis, quæ fuerint attentata ante conclusionem
in causa.

Namque † in iis, quæ post conclusionem in cau- 111
sa fuerint attentata dicit quod ex officio deveniri
potest ad revocationem attentatorum, ut not. Vi-
talin. *in clausul. nil novari consil.* 6. quæ à fortiori post
sententiam datam, prout in notula considerari pos-
sent.

¶† Limi. ut judex appellationis à gravamine non 112
cognoscat de attentatis coram primo judice lite
pendente factis, *Rot.* 389. Manfr. *concl.* 88.

¶† Limit. in casu, in quo licet attentata juris 113
possibilitate revocari possent non expectato even-
tu causæ principalis, tamen si possibilitate facti in-
specta difficilis esset revocatio attentatorum, tunc
ante omnia non fit restitutio secundum Gemin. in
cap. non solum. §. *illa vero, col. fin. de appella. in* 6. Franc.
in c. dilecti, col. 3. *vers. secundò limita de appel.* ut per
Vestrium in loco supradicto, ubi alios allegat aliàs
tetigi.

¶† Limit. ut quando appellatur ante definiti- 114
vam

vam regulariter non revocentur attentata post appellationem, nisi in eventum victoriæ causæ appellationis, *Rot.* 344. 389. & 461. *in no. ut alleg.* per Manfred. *concl.* 89. *ad hæc concl.* 219.

115 ¶ † Lim. in terminis, de quibus per Fran. *in c. personas de appellatio.* hoc est ad arripiendum iter, ad se præsentandum, ad recipiendum apostolos, ad prosequendum appellationē, & faciendum fidem.

116 ¶ † Lim. in casu, quo litis pendentia coram primo non attenditur: ecce enim Veneti non permittunt subditos suos transire ad alienam jurisdictionem: unde si intrusus obtineat in curia causam cōmitti, & inhiberi, si post commissio alia fiat, certè non instabitur per modum attentati, coram primo judice, ut per Staph. *in tit. de commiss. lit just. §. quando conceditur nu* 18. *pag. mihi* 126.

¶ † Lim. quia judex à quo potest examinare testes valitudinarios, & de facili perituros, de quo per
117 Affl. *in constit. regni probationum col.* 2.

118 ¶ † Limit. quando est timor armorum, vel scandali, namq; licet causa devoluta sit ad superiorem, ut de ea judex se ulterius intromittere non possit, ut *cap. studuisti, & cap. licet, de offic. deleg.* Tamen fallit quando tenetur quod litigatores ad arma devenire possint, ut per Hostiensem *in cap. constitutus in gloss. delegavit, de appellatio.* ubi Abbas, & per Abb. *in d. cap. studuisti.* & hæc scribit Abb. *consil.* 78. *quamvis,* & Doct. *in cap. cum teneamur, de appellatio.* & per Vestrium in *tit. de attentatis in pract. lib.* 8. Circa quod advertendum est, quia quædam sunt servanda, quæ scripsi in tractatu meo de cautione de non offendendo per judicem, quæ si non serventur facilè est quod Judex dicatur spoliare,

liare, sed non dicetur pars, propterea spoliare licet ad eius instigationem sequestratio facta fuerit, vt in simili scribit Alber. *cons. 75. stantibus col. fin.* Vnde tunc forsitan habebat locum remedium attentatorum quoque contra partem, ad cuius instantiam id factum est, & spolium contra iudicem iuxta not. *in l. iuste possidet ff. de acq. poss.* & quoties scandali timor viget, etiam inferior iurisdictione carens ne partes deueniant ad arma potest citra omne periculum attentatorum impedire, & aggredi negotium illud, & aggressum cognoscere, non obstante quacunque pendentia litis. Abb. *in c. constitutus 2. num. 11.* vbi Card. Alexand. & Franc. *in c. vt nostrum, num. 5. de appellatio.* scribit Manfred. *concl. 448.*

¶ † Limi. in causis alimentorum, vt in sententia 119
lata contra verum super dote pro vxore petente, vbi licet sit appellatum, tamen quæ iudex faciat in executione suæ sententiæ non reuocantur per viam attentati quatenus concernant alimenta. Afflict. *decis. 152.* Manfred. *conclus. 57.* Sic vidi obseruari in quodam spurio contra patrem, quia non obstante appellatione interim cogebant alere secundum sententiam, quod non debet videri morum, quia etiam pendente prima causa in quibusdam casibus præstantur alimenta. † Sic fauore pij loci 120
condemnato aliquo administratore ad reddendum rationem ecclesiæ non obstante appellatione potest compelli à judice, vt rationes reddat. Angel. *in §. œconomis in aut. de sanctiss. epis.* Marant. *in Specul. 6. p. num. 187.* Manfred. *conclus. 112.* † Sic 121
vbi res celeritatem desiderat, & in appellatione à sententia de cauendo de damno infecto. *Specul.*

in tit. de appellatio. §. in quibus. Manfred. *concl.* 253. *qui conclus.* 154. dicit hoc idem in causis alimentorum, & in sententia super emancipatione, & similibus alleg. *Specul. in titul. de offic. iudic.* §. 1. idem Manfred. *conclus.* 157. vbi loquitur in alimentis, & in alijs prælationibus naturalibus, quia in talibus præstationibus, ius naturale est immutabile, vt in ijs, quæ essent allatura periculum propter moram suam, quia in his non reuocatur per modum attentati, vt per Alexand. *in c. qua parte, de appellatio.* &
122 per Ias. *in l. 1. col. 1. ff. de feriis.* † Sic ratione cultus diuini, non habent locum attentatum, vt in clerico, cui præcipitur, ut resideat, ut per Card. Alexan. *in c. ad hæc, in verbo allegans, de appellatio.* Manfred. *conclus.* 194.

123 ¶ † Limi. in appellatione à sententia excommunicationis, vt per Abb. *in c. pastoralis de sentent. excommun.* Marant. *Specul. tit. appellat. nu.* 167. Manfr. *concl.* 66. & iterum *concl.* 72. Dicit quod absolutoria à sententia excommunicationis facta pendente appellatione non reuocatur beneficio attentati. Mar. *in d. loco num.* 180. Et ibi subdit quod non reuocantur in materia *cap. pervenit. 2. de appellatio.* Idem Manfred. *concl.* 86. dicit quod attentata, quæ medio tempore ante appellationem interpositam veniunt reuocanda non reuocantur in casu absolutionis à sententia excommu. ante interpositionem appellationis alleg. *cano, in cap. venerabilis.* §. *porro, de sent. excommu.*

124 ¶ † Limi. vt scientia judicis à quo quod judex adquem incipit cognoscere non sufficit ad reuocationem attentatorum, de quo vide Domin. & Franc. *in c. cum non solum.* §. *illa vero alleg.*

¶ † Li-

¶ † Limi. ut tertius innouans lite pendente non 125
patitur reuocatione, vt per attentata. *Rot. 58. in ant.* Aflict. *decis. 354. num. 21. & 22.* Doct. *in c. cum teneamur de appellatio.* Io. Mona *in § de viginti. num. 132.* & seq. Marant. *Specul. 6. par. de appellatio. num. 163.* Manfred. *concl. 95. Et not.* alias tetigimus de clarantes esse differentiam an tertius accipiat à litigante an ab extraneo, licet si iste tertius ab eo qui à litigante accipit dicat se fecisse iure proprio utique videatur posse stare attentata, dicas tamen quod attentata contra tertium non reuocabuntur per judicem ad quem, sed per ordinarium, nisi per talia innouata impediretur jurisdictio appellationis, vt per Io. And. *In glo. fin. d. c. non solum*, & dicit Angel. *in l. si cuius, de appellatio. recip.* quod facta per judicem, vel appellantem, reuocantur ex mero officio iudicantis. Si vero appellatur contra appellantem per tertium, non potest illud grauamen reuocari etiam per iudicem ordinarium, & hæc refert Manfred. *concl. 106.* & dixi de materia supra. Item quando tertius vellet adhærere appellationi, vel vellet se fundare in appellatione, vt quia eã diceret temerariam, vel nullam, tunc procedit etiam quo ad tertium: vt Vital. *in clauſ. nil novari, nu. 20.* Manfred. *concl. 114.*

¶ † Limi. ut non reuocentur attentata post ap- 126
pellationem ab executione. Gemin. *in c. non solum, col. 2. appellat. lib. 6.* Vestr. *in practi. in titul. de attent.* Sed hoc non procedit quando appellatur ab excessu in quo recipitur appellatio: vt per Manfred. *concluſ. 99. qui concluſ. 100.* dicit, quod iste excessus debet exprimi in specie, secundum magis commun. contra Vestrium, qui testabatur de communi, quòd

sufficeret allegare excessum in genere. Sed aduerte præterea, quia si hoc est, quia non licet appellare à sententia de exequendo, id est restringendum secuta inhibitione, vt aliàs scripsi.

127 ¶ † Limit. vt attentata per tertium non litigantem, nisi ad instantiam litigantis non sint reuocanda per hoc remedium. Thom. Fast. *dub.* 19. vbi idem dicit in appellationibus extraiudicialibus in quibus ex futuro euentu dependet.

128 ¶ † Limi. vt appellatione interiecta ab interlocutoria iudex ante inhibitionem possit attentare procedendo in causa, vt scribit *in c.* 1. *de dol. & contu. in* 6. & post appellationem ab interlocutoria indistinctè attentare potest reuocato grauamine, & tamen tempore quo non est delata appellatio ad superiorem, *cap. si à iudice, de appellat. lib.* 6. scribit Manfred. *conclus.* 105. Aduerte tamen, quia si iudex ad quem reuocaret attentata in præiudicium appellationis, & postea idem iudex pronunciaret in meritis appellationum benè iudicatum & malè appellatum non reuiuiscerent attentata, vt per Ioan. Monac. *in §. de viginti. num.* 144. & seq. Vital. *in clauſ. nil nou. n.* 9. Manfr. *concl.* 108.

129 ¶ † Lim. vbi suspensio jurisdictionis non datur, quia tunc non habet locum attentatum. Franc. *in c. pastoralis, de appell.* Marant. *specul. p.* 6. *in titul. de appel. nu.* 105. & 106. Didac. *pract.* 9. *cap.* 23. vbi exempla, vt per Manfre. *concl.* 116.

130 ¶ † Limi. vt attentata pendente appellatione à definitiua post ipsius desertionem non veniant per modum attentati reuocãda, quia propter desertionem fingitur non appellatum, vt per *Rot.* 76. *nota quod attentata appellat. aliàs* 464. *de quo supra.*

¶ † Li-

¶† Limi. vt impetrata ſupplicatione cum aucto- 131
ritate procedendi literis non expeditis, & reſcripto
dummodo non fuerit litigatum per proceſſum in
tali cauſa non inducitur litis pendentia, vt ſi poſſeſ-
ſor alienet, vel permutet non veniat quid vt atten-
tatum reuocandum. Staphil. *de commiſſ. lit. iu. pag.*
117. *& declara.* vt ibi.

¶† Limi. in tali caſu A. ſpoliauit B. poſſeſſione 132
beneficij domus, vel prædij, & confeſtim impetrat
reſcriptum, vel aliter agit, citat, & inhibet ne mo-
leſtetur, vel ſuper iactationibus, & moleſtationibus
proceditur in contumaciam, vel ad cautelam fit
comparitio per ſpoliatum, non tamen fit reconuē-
tio ſuper ſpolio coram tali iudice, quia forſitan ti-
metur de iniuſtitia, comparet itaque ſpoliatus co-
ram alio iudice, & agit reintegrandæ opponitur de
litis pendentia, & coram alio inſtatur ſuper atten-
tatis. Certè non videtur attentatum, quia † quod 133
lege permittente fit non attentatur, vt aliàs dixi-
mus, ſuper ſpolio autem non eſt lis, ſuper iactatio-
nibus autem commodè procedit judicium, vel vti
poſſidetis, quoniam aut ſunt iuſtæ, aut iniuſtæ, &
in materia videtur ferè in terminis deciſio. Boer: *de-*
ciſ. 161. & videtur vbi ad impediendam executio-
nem querelæ, vel arredi ſuper quodam ſpolio do-
cebatur de litis pendentia ſuper vti poſſidetis ordi-
nario, ex cuius dictis, maximè hoc procedit quan-
do conſtaret ſpoliatum iter arripuiſſe ad ſuum ju-
dicem, & dolo, & fraude per ſpoliantem ad præ-
dicta fuiſſe proceſſum. Mihi euenit iſte caſus. Cli-
entulus enim meus fuit ſpoliatus præbenda, & ſta-
tim curatum committi cauſam in Rota ſuper iacta-
tionibus, & moleſtationibus ſub ſpe, quia ille erat

pauper, & imperitus, & Romæ causæ ad unguem in Rota discussæ protelantur. Ego eidem consului, vt informaret Pontificem de casu, vt sicut de facto fuerat spoliatus de facto reintegraretur, quod sic eidem euenit per commissionem reseruato iure agendi ordinariè illi spoliatori. Nec potest instari super attentatis, quia si asserit se molestari est per modum continuationis. De facto enim non putaui illum absolutè iterum spoliandum nisi fieret incontinenti propter constitutiones & ne negotia malè tractata magis implicarentur.

134 ¶† Limi. in casu de quo per *Rot.* 10. *si auditor aliàs* 446. *de except. antiq. si.* auditor admittat articulos in aliqua causa, & recipiat statim testes super illis, & postea ab huiusmodi admissione naturam appelletur, & super quæ appellauit reponatur, & post admittantur ijdem articuli, & non appelletur receptio testium post admissionem non veniat reuocanda, vt per *Rot. ibi.*

135 ¶† Limi. ut pendentia appellationis ab vno capite sententia non coniuncto, vel connexo inseparabiliter cum alio non operetur litis pendentiam quoad remedium attentatorum: secus vero est quoad capita connexa, & inseparabilia, quia in his appellatio facit litis pendentiam quoad aliam partem: vt de his latiss. per Boer. *decis.* 73. videtur vbi
136 dicit † quòd tribus modis fit appellatio vnius causæ, quæ impediat processurum, & executionem alterius. Primò quando articulus causæ non est separatus. Secundò quando articulus à quo appellatur est præiudicialis, & non potest cum alio expediri. Tertiò quando executio causæ in qua est appel-

latum

latum est exclusiua primæ, ut ibi per eum, & ibi infert ad taxationem expensarum: quod grauamen in uno, & appellatio non suspendit in alio: ex quibus infero quod aliàs tetigi: quod causa super periurio, & eius pœna facit litis pendentiam quoad fructus non soluti pretij.

137 ¶ † Limi. vt lite nulliter instituta non fiat locus remedio attentatorum, quia quod nullum est, nullum ponit effectum, & in simili dicimus quod *clem. ad compescendas de causs. poss. & fruct.* locum non haberet sententia nulliter lata, nisi consideraretur cõtemptus iudicis, vt scribitur per *Rot. 1. de seq. poss. & fruct. antiq. alias* 510.

138 ¶ † Limi. vt si quis tanquam meus negotiorum gestor acceperit deinde inceperit litigare, & antequam ratum habuerit iterum ipse fuerit spoliatus, & sic contra eum attentatum ipse non habeam ius peccandi reuocari attentata, vt in simili scribitur in, per Alexand. *in l. quod in eo, col. 2. de acq. possess.* Cor. *consil.* 110. *in iudicio, col. pen. in princ. lib. 2.* & per Dec. *in reg. semper qui non prohibet num. 12. ff. de reg. iur.*

139 ¶ † Limit. vt licet appellans à grauamine ante dationem apostolorum licite impetret commissionẽ: tamẽ iudex ad quem si per partem opponatur procedere non poterit, quia adhuc remanet iudex primus *Rot. 19, appell. ant.* sed an dentur apostoli per responsionem petenti si, & inquantum.

140 ¶ † Lim. in casu de quo per Ægid. *concl. 256.* monachus, ubi dicit, quod monachus nullo casu potest petere restitutionem si spolietur per Abbatem suo prioratu, nisi fuisset spoliatus pendente inquisitione, vel accusatione, quam procurator contra

Abbatem. Item quod si monachus in prioratu est instituendus à Papa requiritur, & sufficit in eius priuatione expressus excessus. Item quia vicario curam prioratus habente, quia pro pensione agit contra priorem confitentem pensionem, dicentem tamen fructus diminutos, & minus pensione sufficere vicario certamque quantitatem offerens sub conditione, dummodo renunciet in perpetuum maiori pensioni, hoc recusante vicario, eidem vicario petenti lite pendente sunt assignanda alimenta pro rata quantitatis oblatæ. Vt quoque si filius, vel spurius, & vt genus petat alimenta, interim lite pendente eidem sunt præstanda, vt scribitur *in l. si quis. ff. de lib. agnos.*

141 ¶† Limi. *in casu l. si constiterit. C fin. reg.* vbi si fit attentatum lite pendente accesserit cognoscitur super vtroque, sed dicas si agatur ex ea lege : secus vero si super attentatis quamquam communiter Doctores *in l. naturaliter. §. nihil commune generaliter intellexerunt illum tex.* & minus bene, de quo dixi in libro de suspensione petitorij.

142 ¶† Limi. vt vbi rescriptum sit surreptitium ibi non sit lis, nec locum habeant attentata, & *text. in c. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Rot. 75. not. quod attentata de appellatio ant.* Felyn. *in c. ex tenore, col. 3. de rescript.* Gomes. *de subrog. q. 11.*

143 ¶† Limi. vt attentata post inhibitionem vbi cōstat de nullitate appellationis, non sunt reuocanda, propter verbum, canonice, *cap. non solum, de appella. in 6.* vt per Ægid. *concl. 239. in causa* : & ibi subdit, quod vbi constat de iniustitia, seruandus est ordo, qui seruatur cum de possessorio pro vno, & petitorio pro alio.

¶† Li-

¶† Limi. vt nulliter appellanti remedium atten- 144
tatorum non competat. Vant. *de null. pag.* 122.

¶† Lim. vt impetratio de beneficio beneficij lite 145
pendente valeat, si nullus litigantium ius habebat,
vt per Ægid. *decis.* 219. *impetratio.*

¶† Limi. vt si in aliqua causa spirituali vel pro- 146
phana sit concluſum in causa non possit fieri inhi-
bitio, & licet sit appellatum à concluſione, & dati
apostoli refutatorij, & terminus assignatus ad sen-
tentiam audiendam, & appellans impetrauerit au-
ditorem, qui intimat suam commissionem, auditor,
à quo appellatum est, potest sententiare, vt tenet
palatium, vt scribit *Rot. 66. not. quando aliàs 674. ap-
pellatio antiq.*

¶† Limi. in casu quo corpus humanum fuerit ex- 147
humatum, quia quousque non fuerit plenè cogni-
tum non datur restitutio secundum *Rot. 1. nota quod
per traditionem aliàs. 302. de cauſ. poſſeſſ. & prop. ant.*
quia talia corpora sic non sunt tractanda, sed *Rot.
fin. aliàs 854. vt lit. pend. ant.* dicit quod hæc est de ri-
gore, sed de æquitate forsitan: secus ad materiam,
vide Marſ. *ſing. 199. in iure.*

¶† Limi. vt quando constet de non iure petentis 148
reuocari attentata in beneficiatibus illius petitio
non procedat, vt *per Rot. 13. quod si conſtat alias. 348.
de reſtit. ſpol. ant.* præsertim, vbi notorie, vt per *Rot. 1.
aliàs 1. de apella. no.* Vnde si contra constit. execra-
bilis de præbendis conuenit quis duo beneficia, &
vno fuerit spoliatus etiam per modum attentati
non restituendus licet considerari possit quod per
dispensationem sibi id liceret, quia hoc est per ac-
cidens, vt late per *Rot. Is nota quod vbi aliquis aliàs
371. de reſtit. ſpoliato. ant.* qua ratione dici potest,

quod qui impetrauerat, & post spoliaret contra *c. ei qui, de præben. in 6.* & faceret committi super iactationibus si spolietur à spoliato, & constet quod cõtra d. cap. non restituatur. Hoc autem non procedere sublimitatur quoties in vno judicio cõstitisset de non jure actoris, eodemque pendente idem actor spoliasset, & spoliato agenti constaret de eiusdem, non jure nihilominus facienda est restitutio rationibus, de quibus per *Rot. 14. sed pone alias 423. restit. spoliato. antiq.* Vnde cautela est non deducendi jura sua quousque tempus non compellat.

149 ¶ † Limi. vt id quod diximus usque ad conclusionem in causa fieri posse reuocationem attentatorũ intelligatur exclusiue non inclusiue, ut per *Ro. 6. nota quod attentata alias 518. vt lit. pend. ant.* quod videtur habere talem effectum, ut emissa citatione vel monitione ad concludendum amplius non liceat, & nota *cons. Rom. 14. alleg. per add. Rot. 6.* hoc est quod usq; ad conclusionem in causa ad instantiam partis, sed ex officio judicis semper.

150 ¶ † Limi. ut reus excipiendo in exceptione non faciat litis pendentiam quoniam ratio deducere possit in alio judicio, etiam si succumbat Barto. *in l. fundum, de exce. rei. iudic.*

151 ¶ † Limi. ut remedium attentatorum locum non habeat vbi aliquid fiat de consensu partium. Host. *in c. constitutus, vbi Abb. n. 11.* Alex. *num. 14. de appell.* Vital. *in clauſ. nil nouare. n. 15.* Manfred. *concl. 118. qui concl. 175.* dicit quod non reuocantur attentata post appellationem à sententia lata de consilio sapientis de partium consensu allegat. Alexand. *in rubr. de appellat.* Rom. *in rubr. de arb.* & alios, vt ibi per eum.

¶ † Li-

¶ †Lim.vt non reuocentur attentata ex appella- 152
tione generaliter interposita ab omni grauamine illato, vel inferendo absque causarum expressione, quoniam hæc appellatio, vt generalis, & vaga non operatur litis pendentiam ad reuocationem attentatorum. Franc. *in c. consuluit, de appell.* Alex. *in l. si sic de leg.* 1. Doct. *in l. qui ratione. §. seia. de verbor. obliga.* Manfred. *concl.* 133. qui *concl.* 135. dicit quod † non 153
reuocantur attentata post renunciationem appellationis alleg. Franc. *in c. ad hæc. 2. & in cap. solicitudinem, de appell.*

¶ † Limi. ut hæc regula procedat contra princi- 154
pales: secus verò est contra tertium, licet sit de eadẽ re, vnde si sint duo rei debendi solidum, & vnus cõuenitur, & condemnatus appellat alius conueniri potest. *l. creditor. mand.* Marant. *in Spec. pag. 176. sub tit. de appell. nu. 162.*

¶ †Lim. vt non reuocentur attentata post appel- 155
lationem à sententia lata super rem. *l. fi. C. de edi. D. Adri. toll. & in interdicto quorum bonorũ*, vt per Inno. *in cap. pastoralis n. 3. in verb. ad hoc offic. deleg.* Bal. *in l. quisquis. C. quo. appell.* late per Hubert. Zuc. *in l. fi. n. 395. C. de edic. D. Adri.* & videtur ratio principalis, quia in huiusmodi possessorijs non appellatur, vt *in l. 1. C. si de mom. possess. & in l 1. C. quo. bon. & in l. 1. C. de bon. poss. sec. tab. latiss.* congerit Manfre. *in concl.* 131. Et ego de materia dixi in meis allegationibus, & ad *d. l. 2.* Et nota quod executio facta in talibus possessorijs si post appellatio sit iusta retractabitur per viã in iustitiæ non per viam attentati. hæc Bald. *in l. 2. C. de epis. aud.* Manfred. *concl.* 200. & nota quod inhibitio operatur circa istas causas in quibus appellatio inhibetur, vt alias dixi.

¶ †Li-

156 ¶†Lim.in interdicto facto à delegato de non celebrando interposita appellatione,quia non reuocantur talia attentata. Bal. *in l.fi.vers.sed circa. C.si à non comp.indic.* Manfred. *concl.*144 qui conclusione *seq.*145.. dicit non reuocari attentata appellatione alternatiuæ interposita, vt per Alex. *in rub. de appell.col.*4.& per Fel. *in c.inter cætera, de re iudic.* Et i-
157 terum *concl.*146. dicit quod † non reuocantur attẽtata post appellationem interpositam à futuro grauamine. *c.dilecto, c.cum cessante, de appellatio.* & per Fely. *in c.significauerunt, col.*4. *ex.de testam.* Et *concl.*
158 147. Dicit quod † non reuocantur attentata post appellationem interpositam , tam à judice à quo, quam à judice ad quem, quãdo judex à quo expressit causam refutationis appellationis alleg. Bar. *in l. chirographis.*§.1. *de admin.tut.*

¶† Limi. vt iudex à quo possit taxare expensas
159 non obstante appellatione. Lap. *alleg.*72. in causa matrimoniali.

160 ¶†Limi.in eo cui factum est mandatum de residendo, quia si appellet interim potest poni substitutus. *c.prouenit 2.de appell.* Maran. *in tit.de appellat. nu.*184.

161 ¶†Lim.vt attentata non reuocentur post appellationẽ interpositam à sentẽtia per laicum ad iudicem ecclesiasticum, vt *in c.si duobus, de appell. ex.* nisi esset consuetudo quod ad ecclesiasticum appellaretur, vel nisi esset de natura causæ , vel nisi in casu negligẽtiæ laici, vt hæc late scribit Manfr. *concl.*151.

162 ¶†Limi.vt si quis velit reuocari excommunicationem quasi præcesserit appellatio de præcedenti appellatione probare teneatur, vt per *Rot.*29. *nota quod vbi aliàs* 307. *appell.ant.*

¶†Li-

¶ † Limi. hoc modo, quia in appellationibus ex- 163
traiudicialibus regulariter non habet locum atten-
tatum, sed quædam requisita interuenire debent.
Card. Alex. *in rub. de appell.* Bart. & alij *in l. fin. de ap-*
pell. recip. Bal. *in l. 1. C. de arbit.* Manfred. *conclus.* 159.
qui *concl.* 163. dicit quod non reuocantur pro dolo-
so appellante, alleg. scripta *in cap. vt debitus, & in c.*
inter cætera, extra de appell.

¶ † Lim. vt non procedat in recepto sub salua- 164
guardia secundum morem Francorum, vt per Fa-
stol. *dub.* 41. vbi vide, & declara.

¶ † Limi. vt appellatio interposita coram alio ju- 165
dice, quàm coram judice à quo non operetur cau-
sam attentatis, quoniam isto casu appellatio est nul-
la, vt per Card. Alex. *in c. vt debitus col. 6. de appellat.*
nisi non potuerit haberi copia iudicis à quo, vt ha-
betur *in c. appellatio. ex. de appellatio. in 6.* quia tunc
fit appellatio coram honestis personis, vt *in c. sugge-*
stum, & in c. fi. ex. de appell. Vnde idem operabitur.
Vt hæc per Manfred. *concl.* 162. qui *conclus.* 173. di-
cit † quod non reuocantur attentata post appella- 166
tionem á sententia lata contra officialem in officio
condemnatum tanquam delinquentem. Iaso. *in l.*
qui iurisdictioni, col. 3. de iurisd. omn. iudic. Paris. Put.
in tract. sind. in verb. sindicatur. Et iterum *concl.* 174.
dicit † quod post appellationem à sententia super 167
reductione laudi ad arbitrium boni viri attentata
non reuocantur. Alleg. Abb. *cons.* 39. *col. 2. consil. 2.*
col. fin. lib. primo. & Lanfra. *in tract. de arbitr.* §. *vige-*
simo secundo. Quod si in ea ratione tantum fundatur,
quia à sententia reductionis non datur appellatio,
vtique quam periculosissima causa est, quia ille
punctus est habens hinc inde communes, & ite-
rum

rum *concluſ.*178. attentata non reuocantur quando quis procurauit, vt delegatus cui cauſa eſt commiſſa non judicaret in ipſa, vel procuraret quod auocaretur à ſuperiore, vel aliter ſe abſentaret ne cauſa expediretur infra terminum ſtatutum, tunc enim cauſa committitur confidenti appellatione remota vnde lata ſententia licet interpoſita appellatione non reuocantur attentata Doct. *in cap. paſtoralis. §. fin. de offic. deleg.* idem Manfred. *concl.*187. quod nõ reuocantur attentata in appellatione de eo quod quis procurauit fieri, vt quia recuſaret judicem à ſe, vel à procuratore impetratum.

168 ¶† Lim. in attentatis poſt appellationem de pari ad parem, vel de vno ad idem, vt de vicario ad epiſcopum cuius idem eſt tribunal de jure canonico, licet aliud ſit de jure civili, quia par in parem nõ habet imperium, & ipſe idem ſibi non inhibet. Vt per

169 Manfred. *concl.*184. quæ *concl. ſeq.*185. dicit quod † appellatione interpoſita à maiori ad minus tribunal non reuocatur ab eo quidem, vt aliter non valeat conſuetudo per jura, & authoritates de quibus

170 ibi. Idem *concl.*186. dicit quod † attentata non reuocantur in appellatione ab eo quod facit Iudex quando eſt in arbitrio ſuo, & non neceſſitatur niſi valde excederet arbitrium ſuum maxime in criminalibus, vt per Doct *in c. ſuper ex. de accuſ.* præſertim non reuocantur attentata in his, quæ ſunt modici præjudicij in arbitrarijs, vt per Alexa. *conſ.*117. *lib.* 3. & Manfred. *concl.*190. vt idem dixit *concl.*138. quod in cauſis minimis, & breuioribus in quibus de jure non datur appellatio idem contingit.

171 ¶† Limi. vt vbi non eſt appellatum à ſententia cuius executio conceditur pendente termino ad appel-

pellationem interponendam non interpoſita appellatione executio per viam attentati non reuocatur, vt per Felyn. *in cap. quoad conſultationum q. 5. de reiudic.* Manfred. *concl.* 194.

¶† Limi. in patrono præſentante duos in beneficio nam ſi primo præſentauit vnum, & ille appellat, vt non præſentetur alius poteſt nihilominus patronus alium præſentare Abb. *c. paſtoralis, in 2. not. de iu. patr.* Marant. *in tit. de appell. n.* 169. 172

¶† Limi. quando appellatur ab actu nullo quia is qui ſequitur talem appellationem non poteſt obtinere retractationem per viam attentati niſi primo iuſtificata appellatione ſec. Domin. Gemin. *in cap. non putamus col. 2. de conſuetu.* Manfred. *concluſ.* 209. 173

¶† Limit. quando debitor ex noua cauſa fuit factus ſuſpectus de fuga, quia poteſt capi propria authoritate ſicut ante Marant. *in titul. de appellatio. numer.* 166. 174

¶† Limi. vt quando iudex ignorat eſſe appellatũ ſine metu procedere poſſit attentatorum Franc. *in c. bonæ n.* 42. *appella. in cap ſi iuſtus nu.* 42. vbi Card, Alex. *eo. tit.* Manfred. *concl.* 217. 175

¶† Limi. in appellatione à ſententia excommunicationis niſi appelletur à declaratoria incurriſſe inexcommunicationem, vt per Marant. *in tit. de appellat. nu.* 167. 176

¶† Limi. vt cauſa attentatorum non habeat locum in articulis ſeparatis ab appellatione Bald. *in l. 1. C. de bon. poſſ ſec. tab.* Franc. *in cap. an ſit, nu. 7. de appell.* Vnde dicitur quod † pœna attentatorum non habet locum in cauſa, quæ non habet connexitatem cum prima, & nõ extenditur ad diuerſam cauſam 177 178

sam à qua fuit innouatum, vt ibi per Franc. Manfre. *concl.* 212. *& concl.* 217.

179 ¶† Limi. vt non detur attentatum à parte in forma attentati vna cum iudice factum, quia authoritas iudicis, qui est dominus iudicij facit non esse attentatum, quod indiuidue in materia consideratur.

180 Et facit quod in simili dicimus quod † consensus partis impedit attenta. Item quod consensus partis excusat ingredientem propria authoritate à pœna *l. meminerint. C. vnde vi cap. cum qui, de præben. lib. 6.* Item pœna *l. si quis in tantam non habet locum vbi adest licentia iudicis licet iniusta, & inualida*, vt per Felyn. *in c. de cætero, n. 13. & seq. de re iudic.* Rip. *c. sæpe. nu. 8. de restit. spoliã.* Manfred. *hac concl. 213. & conclus. 214.*

181 ¶† Limi. vt licet non detur reuocatio attentatorum via priuilegiatiua attentatorum, tamen detur altera nullitatis attentatorum, quæ non est sublata per primam, vt per Doct. *in c. consuluit, 3. de appell.* & Manfred. *concl. 215.*

182 ¶† Limi. in factis notorijs. namq; in illis appellationum suspendit executionem, Old. *cons.* 18. Rom. *cons.* 324. vnde appellatio notorij, criminis non suspendit. Spec. *in tit. de noto. crim. §. 1.*

183 ¶† Limi. quod claus. nulla iuris solemnitate seruata tollit remedium attentatorum, quia reducit causam ad ius gentiũ, quo attentata cognita non erant, secun. Ias. *cons. 162. in 4. rub. cons. 4.* Manfr. *cons. 221. lim.* in detẽto pro crimine, quia licet appellet, tamẽ retinetur in carceribus, & si carceratus iste esset remittẽdus ad judicem appellationis carceratus mittitur, & suis sumptibus, Bal. *in l. generaliter. §. his de præsentib. de reb. cred.* Maran. *in tit. de appell. nu.* 179.

¶† Li-

¶ † Limi. ut legitimatio personarum sit faciendа in hoc judicio, & ideo servus, & alii qui repelluntur à judicio hic nõ audiẽtur, ut per Manf. *concl.* 226. 184

¶ † Limi. ut in omnibus casibus in quibus cautè, vel expressè renuncietur appellationi ibi, & attentatis, quæ incidenter veniunt appellationi, & quando veniunt principaliter, & seorsum ab appellatione potest renunciari attentatis absq; eo quod renuncietur appellationi. 185

Et † per renunciationem appellationis non censetur renunciatum attentatis. 186

Et † attentata nõ revocentur appellatione pendente quando proceditur absq; protestatione attentatorũ, ut hæc scribit remiss. Manfr. *concl.* 229. 187

¶ † Limi. ut attentata quæ non verificantur ad processum non revocentur. Manfred. *concluſ.* 229. & ibi remissive quæ prosunt gravanti ad purgationem attentatorum, & quæ gravata. 188

¶ † Limi. ut si super appellatione lis contestetur, & post ex officio petantur revocari attentata hoc non liceat secundum Archidia. *in c. non solum, appellat. 6.* ubi quidam *Specul. de appellatio. §. penult.* sed contra *Ioan. And. Fran. Bald. Ang. Aret. alleg. per Manfred. concluſ. 347.* 189

¶ † Limi. quoad impediendam absolutionem ab excommunicatione Doct. *in c. qua fronte de appell.* Maran. ubi supra. 190

¶ † Limi. ut attentata sint revocanda per judicem, & non per partem, ut per Soc. *conſ. 39. lib. 1.* Grat. *conſil. 36. lib. 2.* Manfred. *concl. 353.* 191

¶ † Limi. ut probationes tempore perituræ appellatione pendente non revocentur per viam attentati. Marſ. *ſing. 258. & ſing. 87. Rot.* Fast. *q. 20.* Manfred. *concl. 356.* 192

193 ¶ † Limi. quoad sequestrationem, de qua in *clem.1.de seq.poss.& fruct.*

194 ¶ † Limi. ut taxatio expensarum facta appellatione pendente non revocetur per viam attentati quid Pa.*in tract.de appell.q.116.num.28.* Manfred. *concl.119.*

195 ¶ † Limi. ut motus proprius lite pendente, impetratus non dicatur attentatus de quo status de *vi & effect.clauf.de mot.propr.*

196 ¶ † Limi.in appellatione à futuro gravamine, quia hoc nõ obstante nõ habet locum remediũ attentatorum.*cap.dilecto. cap.cum cessante,de appellat* Felyn.*cap.significante,col.4.de testib.*

197 ¶ † Limi. quando appellatus contra appellationem aliquid innovaret, ut quia turbaret possessorem *e.c.cum teneamur.ubi Doct.*

198 ¶ † Limi.ubicunque lex permitteret attentari,ut in casu quo permissum erat propria authoritate occupare.Item limit.quando admissa esset ad justificandũ de bono jure suo circa attentationem pro-

199 missam.† Item limita ubi nullus esset contemptus judicis.Item limi.quando pars adversa violavit sive attentavit, ut de his late per Paris.*cons.41.* ubi late de materia *lib.1.*

200 ¶ † Lim.in casu Ægid.*conclus.469.* si inter id est quod si inter P.habentem contra M.tres definitivas sententias conformes super ecclesia post dictas sententias coram auditore committat Papa executori ipsius P.quod si sibi constiterit A. pendente lite contra M.vel finita se intrusisse contra eum sententias exequatur,non obstante dicta lite pendente auditor de surreptione dicti mandati cognoscere non debet,sed statim debet committere execu-

tori

tori quoad hoc se supersedere quæcunque exequatur testamenta.

¶ † Limi. ut rescriptum impetratum per tertium 201
lite pendente inter alios non dicatur attentatum quoad litigantes, secundum allegata per Rui. *cons.* 61. *num.* 19. *lib.* 5.

¶ † Lim. ut gratia si neutri, vel si nulli impetrata 202
lite pendente non veniat revocanda, ut attentatum: quia talis gratia videtur quod aliter impetrari nō possit, quam lite pendente, vel si antea ita demū effectū habeat, si per litem appareat vel nō appareat de jure, ut in simili scribit Gomes. *de impet. ben. vac. per obit. famil.* Cardinal *q.* 8 *in fi.* qui Gomes. *q.* 10. ejusdem regulæ distinguit plura capita in casu quo Cardinalis præstat consensum lite pendente, cum tamen non penderet tempore impetrationis, ut per talia non dicatur consensus ille quasi attentatus.

¶ † Limit. ut attentata lite pendente per tertium 203
tium non sint revocanda per judicem appellationis, sed agendū sit judicio ordinario. *cap. Romana*, §. *in alium, de appell. in* 6. & ibi per *Doct.* Ruin. *cons.* 75. *col.* 1. *lib.* 5. ubi quis sit iste tertius.

¶ † Lim. ut lite pendente liceat supplicare pro 204
habenda copia actorum, vel alicujus sententiæ, ut per Jas. *in l supplicare. C. ut lite pendente.* Item † licet 205
impetrare tale, vel aliter rescriptum quando fit mentio litis pendentiæ, & apponitur clausula non obstante, ut per Saly. & Cast. & Jas. in *d. l. supplicare*, & ibidem dicit quod debet peti mentio de vero statu causæ. Quinimmò secundum Pet. de Ancha. *cons.* 16. viso processu dicit, non sufficere expressionem generalem, sed requiri specialem, & expres-

sam de principalibus articulis causæ de personis litigantibus, & judicibus, allegando Inn. *in c. inter monasterium de re jud.* Subdit tamen ibi *Ias.* non esse necessaria extrinsecam mentionem processus, sed commemorativam, ad arbitrium judicis secundum Host. Imo. Pan. *in d. c. inter monasterium.* verum si committatur causa in eodē statu in quo erat coram primo auditore valet commissio, licet status causæ non exprimatur specialiter, & est ratio quia per acta primi auditoris poterit leviter, & statim constare in quo statu sit causa. quidam dicebant hoc vel nisi per homini commissionem avocaretur causa in totum à primo auditore, sed alii dicunt sufficere, si in commissione petatur certam causam commissam certo auditori, alteri committi, subdendo clausulam consuetam. cujus causæ status dignemini haberi pro expresso, & ita declarat *Rot. 20. si causa committatur, aliàs 214. de rescript. not.* & ibi additio latè. solet autē inscribi, dummodo causa nō sit vel in causa conclusum de significatione quorū nunc omitto. Subdit quoq; , ubi supra *Ias.* quod ubi non est lis contestata non est facienda mentio, quia non pendet lis secundum Bald. *in l. 1. in fin. C. de re latio.* verum est quod *Bar. in d. l.* supplicare dicit, quidem nec ante litē contestatā licet impetrare rescriptū, nisi ordinarius requisitus neget facere justitiā *per auth. ut differt jud. §. si vero, & de man. princ. §.* & nō permittas.

206 ℣† Limi. ut licitum sit supplicare lite pendente quod detur adjunctus ordinario ratione suspicionis, ita tamen, ut & in tali supplicatione sit facienda mentio de statu litis, aliàs supplicatio non valeat, *c. coram de offic. de leg.* licet Bald. teneat contrarium, ut per Jas. *in d. l. supplicare num. 3.* & vide quod iste adjunctus

junctus non possit dari judici à parte impetrato, & petente adjunctum dari, idem si delegatum esset de communi consensu, ut per Jas. *in l. apertissimi. C. de judiciis*, ubi dicit quod ordinarius non recusatur, sed ei datur adjunctus, sed delegatus recusatur de causis autem suspicionum, vide latissimè per Jas. *in d. l. apertissimi.*

¶ † Limi. ex eo quod diximus quod pendente 207
causa suspicionis tutoris interim tutor, vel curator debet abstinere ab administratione altero in ejus locum interim suffecto, *ut l. eum qui. C. de suspect. tut. q. Tholo.* 370. Affl. *decis.* 357. Gramm. *cons.* 10. 208

¶ † Limi. ut innovata post appellationem ab interlocutoria non revocentur ante omnia, sed ita demum justificata causa appellationis, ut est *text. in c. non solum, de appel. in 6.* Soc. *cons.* 46. *col.* 1. *lib.* 1. licet secus sit si fiat post inhibitionem, quia interim pro ea præsumitur, & debet timeri. Idem si judex à quo admisisset appellationem si, & in quantum, quia per hoc dicitur à se abdicasse jurisdictionem quousq; cognoscatur an illa appellatio sit admittẽda an non. Et † ita intelligerem not. per Fel. *in c. cum contingat,* 209 *col. fin. de offic. jud. deleg.* & per Maran. *in pract. in tit. de appel.* & per Benint. *in decis.* 1. Verum est quod sunt quædam interlocutoriæ quæ habent vim definitivæ, ut pronunciantia judicem competentem, quo casu ego putarem, idem dicendum de tali quod de definitiva, ut in simili dicitur quidẽ clemẽ. appellanti, de appellatio. non habet locum in sententia interlocutoria habente vim definitivæ. Nota quoque circa prædicta, † quòd judex debet dare 210 apostolos dimissorios, vel refutatorios, vel reverentiales, & quod per verba si, & in quantum,

non videtur decreviſſe apoſtolos ſed appellationem admiſiſſe, vel non, quod ſi aliter non dedit apoſtolos, quicquid agit poſtea nulliter agit, ſed id non erit attentatum, vide in *c. ut ſuper, de appell. lib. 6.* ſin autem decrevit terminum ad apoſtolos, aliàs diximus.

211 ¶ † Lim. ut attentata non ſolum non revocentur ante omnia, ſed etiam non revocentur quando fuit attentatum lite pendente ex decreto, ſive literis ſive juſſu principis, ut in caſu quo Papa juſſerat reintegrari ad poſſeſſionem etiam lite pendente. Rui. *conſ. 76 li. 5.* ubi dicit, quid ſufficit dici non obſtante litis pendentia. Item ſi dicat non obſtante appellatione, vel inhibitione, quia non ſolum de futura, ſed & de præterita hæc intelligenda ibi. *Rui.* putat ſi dementè Papæ conſtet, & ibi videtur conſtare de mente, quia dixerat omnia, &c.

212 ¶ † Lim. ut non omnia attentata revocentur, ſed ea duntaxat, quę ſunt in prejudicium non appellanti, ut per Dec. *in c. ſolitudinem, col. 1. de appell.* vel ex hoc ſequitur idem in judiciali, & extrajudiciali.

213 ¶ † Lim. ut regulariter attentata non ſint nulla ipſo jure ſed veniat revocanda, ut per Dec. *in c. dilecti, de appell.* qui tex. loquitur in excommunicatione, & interdicto: & nota quod etiam ſi eſſent nulla ipſo jure requireretur declaratoria, *jux. c. cum ſecundum, de appell. in 6.* Item nota, quod poſt inhibitionem tunc nulla ipſo jure, Dec. *in c. conſulu. in fi. extra de appellat.*

214 ¶ † Limit. ut gratia ſi neutri, ſi nulli, ſi uni, perinde valeret, & aliæ quæ ſolum lite pendente impetrantur non veniant, ut attentata revocanda etiam ſi de litis pendentia non fiat mentio. *Rot. 320. & 270 in no.*

in no. tangit Gomes. *de annal. quæst.* 28. vide quædam tamen per Fel. *in c. in nostra, corellario* 15. *de rescript.*

¶ † Lim. ut proposita causa nullitatis ad impe- 215
diendum executionem rei judicatæ, vel trium conformium, vel instrumenti ex forma statuti licet sit quæstio an impediat executionem: tamen si judex executionis, processit ad executionem, non revocatur ante omnia, sed ita demum post pronuciam nullitatis licet in appellatione secus sit ut per Alex. *in l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re jud. num.* 14. quod videtur limitandum secuta inhibitione, ut ibi per Rip. & idem si eidem judici utraque causa sit commissa.

¶ † Lim. quoque videtur ex ea opinione quod 216
execrabilis non habet can. reintegrandæ, nec debet restitui. quod latè tangit Gomes. *de ann. q.* 54. *& ibi in hæretico.* Sed videtur verum hoc si constet, sed si non constet, vel excipiatur quòd non admittantur probationes. Circa hoc videtur, secus *juxta no. in l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acqui. poss.* Et idem Gomes. *quæst.* 55. in dicta *regula de annal.* tangit an detentor de facto, & sine colore juris sit restituendus, & tenet quod non in beneficialibus, licet in prophanis secus esse putet, ut ibi late per eum, & *in quæstion.* 58. tangit de illegitimo sive bastardo spoliato, & quod execrabilis, & ille qui non curavit se promoveri intra annum non habeant titulum coloratum, sed possessionem infectam, ita ut non sint à rege de triennali, vel reintegrandæ, ut per *Gomes. q.* 10.

¶ † Limi. ut pendente causa supplicationis, & 217
revisionis non impediatur interim executio, ut per Jas. in aut. *quæ supplicatio. C. de preci. imp. off.* & per Affl. *in dec.* 341.

218 ¶ † Limi. ut quoties concludatur aliquem non possidere non ex hoc dicatur lite pendente attentari, quod à prætensa possessione dejiciatur, vel expellatur, vel non admittatur. Ecce enim episcopus unus cõversans cum episcopo alio in sua diœcesi urbanitatis jure, sive humanitatis, & sic non jure habeat quasdam præcedentias, modo episcopus inhibet id fieri, vel lite pẽdente vel dum speratur litem moveri, & quia jus illud est familiaritatis, vel urbanitatis, unde nulla est quæsita possessio, id fieri posse non obstante longissimo tempore. Rui. scripsit *consil.*
219 154. *lib.* 4. *per tot.* Ubi tangit de illo notabili † dicto Baldi *in l. Titia. ff. solut. matrimon.* aut status quem indicat quasi possessio non potest naturaliter ab origine inesse, & tunc refert an possit inesse de jure communi sine præjudicio tertii, aut non possit inesse, nisi de jure speciali, ut primo casu possessio relevet ab onere probando si incidenter deducitur, sed non, si principaliter: secundo casu vero cujus possessio non relevat ab onere probandi.

220 ¶ † Limi. ut appellatio ab interlocutoria non liget manus judicis à quo etiam in articulo executivo, ut per Cornel. *cons.* 313. *col.* 2. *lib.* 3. ubi de quadam appellatione non servatis terminis *clemen. quamvis de appellat. & constit.* Manfred. 305. *lib.* 3.

221 ¶ † Limi. ut licet à sentẽtia de exequendo præsertim à mero executore late non liceat appellare, *l. ab executore C. quo appellatio non recipia.* tamen si
222 est appellatum, nõ potest procedi ad executionem. Quia † ad judicem appellationis ordinarium, vel commissarium pertinet videre, an sit appellandum an non, ut hæc latè declarat Rui. *cons.* 80. *quamvis lib.* 5. Quod est notandũ in practica, quia calumnioſi

ab

ab istis de exequēdo sententiis appellant, & faciunt inhiberi, & illa inhibitio hac ratione est timēda. Sed quid si non adesset inhibitio, sed sola intimatio appellationis, & judex à quo relaxat executoriales post appellationē quā scit non admissibilē, & nō admisit, vel admisit si, & inquantū, vel nō nisi si, & inquantū, & instatur pro revocatione, attentatorū corā judice ad quem videtur quod si illa appellatio erat frivole manifeste, & nō habebat in se causam cōcludentem sperni possit? Sed quid si coram judice ad quē bonæ causæ proponūtur, & tamē nō erat inhibitū, videtur quod nō, nisi justificatis causis instari possit pro revocatione attentatorum argumen. *addit. ad Rot. 2. de appel. in no. & 11. eod.* Perusiæ ubi gubernatores manu quasi regia administrant quādo hujusmodi relaxatæ executoriales cōmissionibus talibus impediūtur: solent in audientiis suis partibus præsentibus, vel citatis, si aliquid relevans non allegatur totaliter mandari exequi, ne lites immortales fiant.

¶† Limi. ut mota lite hæredi super juribus testa- 224
menti potest per eum fieri restitutio fideicōmissario universali, ita tamen, ut si non velit hæres non cogatur *l. ita tamen. §. quoties. l. si patroni. §, actiones. ff. ad Treb.* ubi *Alex. post Ang. & Paul. de Castr.* tangunt rationem, quia dicta alienatio nō simpliciter originem sumpsit à facto voluntario restituentis, sed à dispositione testatoris, qui hanc necessitatem restituendi injunxit hæredi.

¶† Limit. ut appellatus qui negavit appellatum 225
non possit petere revocari attentata pendente appellatione nisi recesserit ab illa contradictione, ut per Fel. *in c. capitulum nu. 25. ex. de rescrip.*

¶† Limit. ut propter timorem amissionis pro- 226

bationum quædam non dicantur innovari, ecce enim testes abfuturos, vel morituros judex à quo recipere potest, nec propterea censetur renunciare appellationi ille qui eos inducit. *Rot.* 385. *not. utrum de appellat. in ant.* ut judex ad quem id facere potest etiam non cognito de gravamine. *Rot.* 59. *in antiq.* quinimmo id fieri potest etiam per ordinarium vel litem, pendente *Rot.* 109. *in ant.* ut per Doc. *in c. quoniam frequenter extra ut lit. non conte.* & per Vestrium *in pract. lib.* 6. *in ti. de testi.*

227 ¶ † Limi. ut si in aliquo articulo diverso à negotio principali appelletur, ut in taxatione expensarum processus ad ulteriora in causa principali non suspendatur nec per modum attentati veniat revocandus, ut per But. *in c. super eo, de appell.* Dec. *in c. bonæ col. tertia de appellat.* ubi dicit hanc commun. est, &c. in appellatione extrajudiciali, hoc est clarius, quia non suspenditur nisi in causa in qua sit appellatum, unde si appelletur ne Titius in testem inducatur non providentur reliqui recipi ut ibi per *Dec.* & alias dixi.

228 ¶† Limi. ut si stet statutum quemadmodum stat
229 hic Perusiæ, quod † primæ, & secundæ instantiæ cognoscantur Perusiæ quod statutum per Pontificem est confirmatum, si quis appellaverit ad Pontificem, & Pontifex commiserit causam in urbe, & gubernator eandem Perusiæ super prima appellatione. Et à judice urbis emanaverit inhibitio, talis inhibitio non ligat, & non arctat secundum Corn. *cons.* 25. *lib.* 3.

INDEX SVMMARIORVM

in libro, in quo primus numerus summarium, secundus folium significat.

A Futuro eventu pendet, utrum attentata revocari debeant per modum attentati an non, quomodo intelligatur, ibi num. 18. pag. 166.

A sententia lata in possessorio, licet appellare de jure canonico, intelligitur, ordinario 2. 23

Actor debet venire paratus, num. 4. 119

Actor, pendente lite, potest sibi acquirere novum jus agendi, 7. 28.

Actor debet prosequi litem, contra interesse putantes, usque in finem. 1. 64

Actor si obtinuit rem judicatam, & moriatur, & alius ei subrogetur, talis res judicata, ei non prodest, quoad non appellationem rei. 3. 65

Actor, nec reus, non debent propria authoritate sibi jus dicere. 4. 65

Actor, mortuo reo, occupavit possessionem, & contra surrogatum, petentem attentata revocari, opponit de lite finita in ejus favorem, quid juris? post multa adducit deci. Rot. 5, 7. f. 66, 68

Actor si tacente reo occupavit possessionem, & ante inceptum judicium attentatorum, reus mortuus extet, surrogatus, videtur loco principalis. 9. 68

Adeo inspicitur inhibitio, quod in iis casibus attentata ante omnia non sunt revocanda: tamen si post inhibitionem emanatam, illa evenerint, virtute inhibitionis, ante omnia, veniunt revocanda. 2. 188

Ad interrumpendam pacificam possessionem quid requiratur. 47. 53

Ad obtinendum circa attentata, non sufficit probare innovatum, per procuratorem generalem, sed requiritur mandatum specialissimum, ibi remiss. vel ratificatio tacita, vel expressa. 6. 114.

Ad revocationem attentatorum duplici via principaliter proceditur, ordinaria, ut ibi latè. 16. 108

Ad revocationem attentatorum proceditur, vel si possessio titulo non coloretur, secus in interdicto unde vi, & can. reintegranda, quod tamen intelligi-

tur

tur fieri ex judicii officio parte non instante, ut ibi. 1.2.146
